FRANCISCI XAVERII PATRITII

E SOCIETATE IESU

Doctoris Decurialis Collegii Romani Sacris Libris Interpretandis Et Linguae Hebraicae Tradendae

DE EVANGELIIS

LIBER SECUNDUS QUI EST *ΣΥΝΑΛΛΑΚΤΙΚΟΣ.*

FRIBURGI BRISGOVIAE

LIBRARIA HERDERIANA.

MDCCCLII.

LIBER SECUNDUS

qui est

ΣΥΝΑΛΛΑΚΤΙΚΟΣ

1 Evangelia quum legimus, accidit, ut non leve negotium nobis facessat ordo, quem illorum scriptores in rerum a Christo gestarum serie digerendo alii alium sequuti sunt. Huic incommodo qui prospicerent, primis ipsis ecclesiae aetatibus exstiterunt, prodiitque altero saeculo Theophili Antiocheni opus, cuius meminit Hieronymus [1], et Tatiani *Harmonia* seu *Evangelium δια τεσσαρων*, saeculo insequente Ammonii *Μονοτεσσαρον*, saeculo autem quarto Eusebius decem *Canones* edidit, qui in graecis evangeliorum exemplaribus primas paginas sibi vindicare solent. Eodem spectant ipsius Eusebii opus *περι της διαφωνιας* [2] atque Augustini *De consensu evangelistarum*. Alii deinde ad haec tempora illud idem efficere studuerunt [3]. At non idcirco, qui studium quoque suum atque operam in id conferat, actum eum agere dicent, quibus, quid hac in re hucteuus praestitum sit, penitus perspectum erit, iidemque, spero equidem, boni consulent me quoque aliquid hic audere.

2 Itaque, postquam nonnulla hoc in loco in universum praefati erimus de huius operis ratione ac modo, evangelia ipsa pro rerum ac temporum ordine inter se veluti contexta, interpunctaque singulorum capitum titulis, exhibebimus, tum deinque adnotationes succedent, quibus ordinem, in quem hoc *μονοτεσσαρον* digessimus, ordinisque rationem declarabimus ac defendemus.

3 Quum eaedem res non eodem ordine relatae sint ab evangelistis, siquidem eas secundum ordinem temporum digerere velis, disquirendum ante omnia tibi erit, an aliqui evangelistarum sint, quinam autem illi, qui temporum ordinem in scribendo servaverint, quinam secus, ut narrationum seriem, quae apud hos est, refingas, atque exigas ad eam, quae est apud illos. Quod disquiris, facile reperies, si ipsa evangelia et attente legas, et inter se compares, neque enim alia via patet, qua id investigare ac consequi possis. Non enim hoc in negotio anticipatione aliqua nos duci oportet, ut *προληπτικως* unum e quatuor evangeliis seligamus, ad cuius exemplum ceterorum capita ad ordinem redigantur, sicut ii faciunt, quibus certum est fixumque in Matthaei evangelio nihil invertere, quippe quia, inquiunt, apostolus is quum foret, res, quas referebat, ipse viderat. Quod quam praeposterum sit, eos haud vidisse iure mireris. Quasi vero maior sit fides iis evangelistis, qui simul apostoli erant, quam ceteris, atque ab illis potius rerum gestarum ordinem observatum esse credere debeamus, tametsi id nec ipsi profiterentur, nec indicia aut argumenta ulla sive ex ipsorum evangeliis, sive aliunde petita confirmarent, quam ab aliis, si qui sunt, qui tamen vel sibi se proposuisse dicunt *ex ordine scribere*, vel ipso narrandi modo id se exsequutos esse ostendunt; ut illud omittam, quod, qui Matthaeum in Christi historia ordinanda ducem sibi optant atque eligunt, difficultates, quae sunt in evangeliis comparandis inter se ac componendis, non modo non minuunt, sed augent, atque inextricabiles reddunt, ad haec insuper habent argumenta *ἀποδεικτικα*, quibus efficitur Matthaeum de observando temporum ordine minime fuisse sollicitum. Ipsa itaque evangelia, a quonam historiae ordo ediscendus, nobis commonstrent necesse est.

4 Etenim videas, quod exempli caussa sit, a Matthaeo postremum Christi iter Hierosolymam prius describi [4], deinde alia multa, post haec autem Christum ab eo induci ipsum hoc iter, veluti adhuc futurum, praedicentem [5]. Videtur item Matthaeus narrare Christum statim, ac famam de se ad Herodem perlatam audivit [6], alio secessisse *in navicula* [7], quum tamen narrationis series atque ordo credere suadeat, eum tunc fuisse Nazarethi [8], quae in montibus mediterraneis sita est. Ad haec Ioannes aperte narrat, atque ex eius narratione necessaria consequutione efficitur, Christum

[1]) Ad Algas. ep. CLII. q. 6. [2]) *Cave* Scriptor. ecclesiast; *Mai* Scriptorum veter. nova collect. T. I Praefat. [3]) Lege *Calmet*. Biblioth. sacr. P. II. [4]) Matth. XXI, 1 — 9. [5]) Ib. XXIII, 39. [6]) Ib. XIV, 1. 2. [7]) Ib. 13. [8]) Conf. XIV, 13 cum 1 et XIII, 54 — 58.

flagria caesum et spiuis fuisse coronatum aute, quam Pilatus capite eum damuaret [1]; at Matthaeus illud utrumqne post hoc retulit in suum evaugelium [2]. Nou igitur Matthaeus temporum ordinem observavit. Idque ipsum concludes, si eius evangelium compares cum evaugelio Lucae, a quo constat buun ordinem fuisse observatum; earumdem enim rerum series alia est in his duobus evangeliis. Quibus positis facile videas, ut particula τοτε *tunc*, qua Matthaeus frequenter utitur narrationes narrationibus adiungens, praeter quam quod saepe παρέλκει, nullum tempus iu eius evangelio definiat, neque aliud exprimat, quam trausitum ab una materia ad aliam, nec secus formae illae dicendi in eius evangelio saepe usurpatae, *in illo die*, *in illo tempore*, *in diebus illis*, *in illa hora*, eodem loco babendae ac illa particula *tunc*; baec, inquam, omuia tantumdem valent ac *quondam* vel *quodam die*, quod adparet ex illis ipsis Matthaei capitibus, de quibus modo dicebamus, atque adeo ex aliis, de quibus alias [3] diximus, ac porro [4] dicemus. Id Lucas confirmat. Quum enim ipse ordinem sequatur temporum, loqutiones huinsmodi dubias vitat, quas apud Matthaeum, imo et apud Marcum, invenerat, atque ubi de die incerta dicendum est, adhibet verba *In una dierum* [5], ubi autem de certa ac determinata, *In ipsa die* [6]. Contra ea vero, si, quae tempus aut ordinem temporis sive magis, sive minus, certo tamen definiunt, ut sunt *Haec illo loquente*, *Postea*, *Post haec*, *Statim*, barumque similia, a Matthaeo praescripta fortasse sint narrationibus earum rerum, quarum similes aut Lucas referat aut Ioannes, ita tamen, ut tempora non in idem congruant, necessario concludendum erit illas bis gestas fuisse; multo autem magis sentiendum item est de sermonibus deque verbis, utpote quae veri longe similius est eadem aliis atque aliis temporibus fuisse prolata. Porro haec, quae de Matthaeo diximus, illud mire confirmat, quod, si ea vel ὡς καθ' ὑπόθεσιν dicta accipias, nullo negotio gravissima quaeque diluas, quae tibi hoc evangelium cum ceteris comparanti maximas crearent difficultates; cuius rei specimina hac ipsum opusculum nostrum plurima exhibebit.

5 Marcus, quod ad ordinem temporum, ubi Matthaeus et Lucas discrepant, modo cum uno, modo cum altero consentit, cum utraque vera, ubi ambo conseutiunt inter se, quod infra videre est.

Marcus	*Matthaeus*	*Lucas*
I, 1 — 8	III, 1 — 12	III, 2 — 18
9 — 20	13 — IV, 22	21 — IV, 31...
21 — 28		IV... 31 — 37
29 — 34	VIII, 14 — 17	38 — 41
35 — 38		42 — 43
39	IV, 23	44
40 — 45...	VIII, 1 — 4	V, 12 — 14
...45		15 — 16
II, 1 — 17	IX, 1 — 13	17 — 32
18 — 22		33 — 39
23 — III, 6	XII, 1 — 14	VI, 1 — 11
III, 7 — 12	15 — 16	
13 — 19		12 — 16
20 — 21		
22 — 30	22 — 32	XI, 14 — 23
31 — 35	46 — 50	
IV, 1 — 9	XIII, 1 — 9	VIII, 4 — 8
10...	36...	
...10 — 20	10 — 23	9 — 15
21 — 25		16 — 18
26 — 29		
30 — 34	31 — 35	
35	VIII, 18	22...
36 — V, 17	23 — 34	...22 — 37...

[1]) Io. XIX, 1 — 16. [2]) Matth. XXVII, 24 — 31. [3]) Lib. I. c. III. n. 63. [4]) Infr. n. XLIX; Lib. III. Diss XLIV. n. 9. [5]) Luc. V, 17; VIII, 22; XX, 1. [6]) Ib. XIII, 31 XXIII, 12; XXIV, 13.

Marcus	*Matthaeus*	*Lucas*
V, 18 — 21		...37 — 40
22 — 43	IX, 18 — 26	41 — 56
VI, 1 — 6...	XIII, 54 — 58	
...6	IX, 35	
7 — 11	X, 1 — 14	IX, 1 — 5
12 — 13		6
14 — 16	XIV, 1 — 2	7 — 9
17 — 29	3 — 12	
30 — 44	13 — 21	10 — 17
45 — VII, 31	22 — XV, 31	
VII, 32 — 37		
VIII, 1 — 21	XV, 32 — XVI, 12	
22 — 26		
27 — IX, 9	XVI, 13 — XVII, 9	18 — 36
IX, 10 — 12	XVII, 10 — 13	
13 — 31	14 — 22	37 — 45
32...	23...	
...32 — 39	XVIII, 1 — 5	46 — 50
40 — 49	6 — 9	
X, 1	XIX, 1 — 2	51
2 — 12	3 — 9	
13 — 31	13 — 30	XVIII, 15 — 30
32 — 34	XX, 17 — 19	31 — 34
35 — 45	20 — 28	
46...		XIX, 1
...46...	29	28
...46 — 52	30 — 34	
XI, 1 — 10	XXI, 1 — 9	29 — 38
11...	10 — 11	
...11 — 14	17 — 19	
15 — 18	12 — 13	45 — 48
19 — 26	20 — 22	
27 — 33	23 — 27	XX, 1 — 8
XII, 1 — 12	33 — 46	9 — 19
13 — 27	XXII, 15 — 33	20 — 40
28 — 31	34 — 40	
32 — 34...		
...34	...46	
35 — 37	41 — 46...	41 — 44
38 — 40	XXIII, 1 — 14	45 — 47
41 — 44		XXI, 1 — 4
XIII, 1 — 37	XXIV, 1 — 42	5 — 36
XIV, 1 — 2	XXVI, 1 — 5	XXII, 1 — 2
3 — 9	6 — 13	
10 — 17	14 — 20	3 — 14
18 — 21	21 — 25	
22 — 24	26 — 28	19 — 20
25	29	18
26	30	39
27 — 32	31 — 36	
33 — 54	37 — 58	40 — 55
55 — 64	59 — 66	

Marcus		*Matthaeus*		*Lucas*	
65		67 —	68	63 —	65
66 —	72	69 —	75	56 —	62
XV, 1...		XXVII, 1		66...	
...1		2		XXIII, 1	
2 —	5	11 —	14	2 —	5
6 —	15	15 —	26	17 —	25
16 —	20	27 —	31		
21		32		26	
22 —	23	33 —	34		
24		35		...34	
25...					
...25				...33...	
26		37		38	
27		38		...33	
28					
29 —	47	39 —	61	35 —	55
XVI, 1		XXVIII, 1			
2 —	5				
6 —	8	5 —	8		
9 —	11				
12 —	13			XXIV, 13 —	35
14 —	20			44 —	53

Itaque, si ea demas, quae leguntur apud Marcum a I, 29 ad II, 17 et a IV, 35 ad VI, 11, in reliquis ordo ferme idem est apud Marcum ac apud Matthaeum, nisi quod, ubi Christus ab utroque inducitur parabolam de semente diverse iacta apostolis rogantibus enarrans [1]), Marcus adnotat id factum, quum ille *ἐγένετο καταμόνας esset singularis* [2]), hoc est quum domum reversus esset [3]), quam domum reditionem Matthaeus non commemorat [4]) nisi post ceteras parabolas, quas illo die Christus in navicula considens [5]) multitudini narravit, quasque uterque retulit post illam parabolae de semente diverse iacta explicationem [6]), itemque Matthaeus narrare videtur eiectos fuisse e templo venditores emptoresque ante, Marcus vero aperte narrat id factum post ficum Christi iussu arefactam [7]), atque unam quamdam Christi sententiam uterque habet, sed non in eodem loco [8]). Quum igitur ordo rerum gestarum apud Marcum idem plerumque sit, qui apud Matthaeum, etiam, ubi Matthaeus a Luca discrepat, a quo ordo temporum est discendus, neque Marcus hunc temporum ordinem sequutus esse dicendus est, quod iam animadverterat Hieronymus [9]) et longe ante hunc Papias Hierapolitanus [10]). Ceterum facile in evangelio Marci ordinem rerum gestarum usque ad diem pridie mortis Christi restitues, si ea, quae sunt in Marc. III, 22—35, inseras inter versus 12 et 13 capitis X, quae vero in Marc. IV, 10—25, inter versus 34 et 35 huius ipsius capitis IV, quae denique in Marc. XIV, 3—9, colloces inter capita X et XI. Narrationi autem necis illatae Ioanni Baptistae, de qua est in Marc. VI, 17—29, locus esset continuo post Marc. III, 21, si ad temporum rationem spectes.

6 Quid Lucas hoc in negotio praestiterit, ipse nos docuit in evangelii prooemio [11]). Quum autem Lucae aeque ac Ioannis liber nobis ad conficiendum hoc opusculum eidem prorsus usui futurus sit, ac sunt stamina in telis contexendis, iuvabit sedulo atque adcurate illud Lucae prooemium considerare, quo certiores fiamus ea, quae in ipsum eius evangelium relata leguntur, secundum temporum ordinem digesta esse, id enim ex prooemio certe colligimus. Haud frustra fortasse illas pagellas legeris, quibus hoc ipsum prooemium declaravimus [12]). Verum, quum Lucas, non aliorum, quorum

---

[1]) Matth. XIII, 10—23; Marc. IV, 10—20. [2]) Ib. 10. [3]) Conf. ib. 1. [4]) Matth. ib. 36. [5]) Matth. ib. 1; Marc. ib. [6]) Matth. ib. 24—35; Marc. ib. 26—34. [7]) Matth. XXI, 12. 13. 17—19; Marc. XI, 12—17. [8]) Matth. XXIV, 14; Marc. XIII, 10. [9]) Praef. Commentar. in Matth. [10]) Ap. *Euseb.* H. E. L. III. c. 39. [11]) Luc. I, 1—4. [12]) Lib. III Diss. 1 et Lib. I. cap. III, n. 60.

mentio est in evangelio, sed unius Christi res gestas *ex ordine scribere* instituerit, haudquaquam a proposito abscessisse putandus est, quia semel [1] atque iterum [2] aliqua de Ioanne Baptista, quod occasio sic ferret, summatim perstrinxerit, imo paucis iudicaverit tunc, quum, si ad tempora spectes, haudquaquam his locus erat. Attende insuper, ut Lucae propositum fuerit *ordinare narrationem . . . rerum*, non autem sermonum aut verborum. Credi itaque potest quaedam, quae non simul dicta fuerunt, in unum locum subinde congessisse, praesertim quum effata quaedam, quasdam sententias, breves quosdam sermones de rebus diversis omnino ac dissimilibus, veluti concervat nullo tempore aut loco commemorato, sed illa dumtaxat narrandi formula usurpata *Dixit ad discipulos suos*, aut alia qua huius gemina, quod factum ab eo videre est potissimum in capitibus XII, 1—12. 22—59 et XVII, 1—10. 20—37. Quare haud repugnabo, si haec similiaque horum altera ab alteris seiungas, eodemque ordine iisdemque locis distribuas, ac sunt apud Matthaeum, praesertim quia hoec ipsa in Matthaei evangelio ita cum ceteris cohaereant, ut orationis series unitasque argumenti et materiei adeo constet, ut inde illa facile aut commode nequeant avelli. Atque huc revocandus sermo Christi et Satanae alio ordine apud Matthaeum descriptus, alio apud Lucam, quod tamen, non ipsi Lucae, sed iis, qui Lucam exscripsere, tribuere minime dubitem; sed de hoc alias [3]. Lege lib. I. c. III. n. 67.

7 Verum temporum ac rerum ordo etiam ex Ioanne discendus. Etenim a Ioanne historiam ex ordine digestam esse evincit ratio ac modus, quo res rebus connectit, ut quisque intelligat illas prius, has postea gestas esse. Usurpat insuper persaepe illa *postea*, *post hoc*, *post haec*, quibus illud ipsum efficitur manifeste. Ad haec, si Ioannis evangelium compares cum evangelio Lucae, perspicies, ut ea, quae apud Ioannem leguntur, ordine ne minimum quidem immutato nullaque difficultate, quam aptissime inserere possis iis, quae leguntur apud Lucam, quo solida atque perpetua narratio inde exstet.

8 Ceterum, quod Matthaeus et Marcus res non eo ordine descripserint, quo gestae sunt, non hoc quidquam deperire auctoritati ac veritati suarum narrationum, nullo negotio intelliget, quisquis animadverterit, ut illi haudquaquam ordinem hunc servandum sibi proposuerint, ac probe norit alias chronologis, alios historicis, iis praesertim, qui clarorum virorum vitas enarrare instituunt, leges scribendi esse, eamque rationem, quam Matthaeus et Marcus, Suetonium quoque et Plutarchum in scribendo tenuisse, nec tamen ideo quidquam fidei his derogandum esse suspicamur. Non tamen illud praeteribo, inique eos agere, qui eam evangelistarum concordiam, qualem a ceteris historicis nemo exspectet, ita flagitant, ut neque eam discrepantiam inter illos esse patiantur, quae a diverso sive narrandi modo, sive scriptoris consilio ac proposito dependet.

9 De ipso hoc libello illos, qui eum legent, praemonitos esse cum primis opto, hanc non eo pertinere, ut vincamus seriem rerum gestarum, quae in evangelia relatae sunt, eam esse, sed eam esse posse, quam proponimus; quo uno argumento illud utique vincetur, inter evangeliorum scriptores ἀντιλογίας nullas haberi. Adprime autem curavi, ut, ubi non omnium poteram, saltem duorum evangeliorum ordinem servarem, rationemque simul, quod ad ordinem rerum ac temporum, potissimam haberem Lucae et Ioannis, potiorem item Marci quam Matthaei. Illud exempli caussa sit; coniungere oportebat Matthaei XIII, 54—58 cum Marci VI, 1—6; at Matthaei narrationem, non Marci, transposui, quia Marci VI, 7—11 coniungi necesse erat cum Lucae IX, 1—5, hoc vero neque ante poni potuit, neque post, quam postremam partem capitis V Marci, id est Marc. V, 22—43, coniungi necesse sit cum postrema parte capitis VIII Lucae, id est cum Luc. VIII, 41—56.

10 Christi orationes relatas a Matthaeo et a Marco integras eoque ordine, quo sunt, quam fieri potuit, servavi, ut, si harum pars aliqua, id flagitante rerum ordine, quem Lucas nos docuit, alio transferenda fuit, ea quoque, quum nihil obstabat, transtulerim, quae, etsi apud Lucam minime leguntur, apud Matthaeum tamen aut Marcum conserta sunt aut continua serie coniuncta illis, quae transferebam. Ubi vero orationes huiusmodi aut harum partes alio transferre ipse Matthaeus dissuadebat, quamtumvis id Lucas flagitare videretur, relinquendas censui, ubi sunt, quum nihil vetet credere, earum aliquas, multoque magis effata quaedam quasdamque sententias, a Christo bis fuisse prolatas, quod vel ex uno atque eodem evangelio comperimus factum interdum esse, verbi gratia, ex Matth. V, 29. 30 coll. XVIII, 8. 9, ex Luc. IX, 24 coll. XVII, 33; itemque dicendum de parabolis. In universum autem, ubi una atque eadem Christi oratio unusque atque idem sermo non ab uno evangelista neque iisdem verbis relatus sese offerebat, ita sententias atque adeo verba de singulis evangeliis contexere studui, ut, quantum commode poterat, inde una ac solida exsisteret oratio.

[1] Luc. I, 80 coll. II, 1 seqq. [2] Ib. III, 19—20 coll. 21. 22. [3] Infr. n. XVII.

11 Bis relata invenies prima verba capitis XXIII Matthaei, sunt enim orationis titulus, ex qua partem, quemadmodnm Lucas facere snadet, uno loco, partem alio ponere debui. Item Matth. XX, 30—34, quibus duo coniunctim narrantur, non uno tamen tempore nec eodem loco gesta. Ioannis quoque I, 6—8, in quibus est de legatis ad Christum missis a Ioanne Baptista, et Io. I, 15, in quo legitur alterum testimonium a Baptista dictum de Christo, bis posui, primo una cum huius evangelii prooemio, cui utraque inserta sunt, iterum, ubi ordo temporum postulabat. Denique si qua forte praeterea repetita deprehendes, scito ideo repetita esse, vel ut sententia constaret, vel quod in duobus evangeliis ita posita essent, ut dubitarem, in utro, an in neutro ea essent transponenda. Ceterum haec omnia, quum repetuntur, intra hoc signum ( ) clausa reperies. Nonnulla in Matthaeo et in Marco transposui, non quia id flagitaret rerum ac temporum series, sed ut ordo idem foret ac in evangelio sive Lucae, sive Ioannis; sic factum videas, ubi est de titulo cruci imposito, de velo templi conscisso, quum Christus obiret, deque similibus. Imo et in Lucae narrationibus aliquid transposui, ubi nihil inde detrimenti temporum ac rerum series ordoque capiebat, et alterius evangelistae verba transponi ipse horum verborum contextus minime patiebatur.

12 Memineris denique punctis tribus ante vel post quasdam sententias aut voces positis lectorem moneri, ea, quae proxime illas in eodem versu praecedunt vel sequuntur, in alio loco esse quaerenda. Quae autem verba his signis [ ] inclusa vides, transposita ea sunt, locusque ipsorum proprius est post illa verba, post quae recta linea —— ducta est. Graeca pagina *textum*, ut vocant, *receptum* exhibet, subinde tamen adscitis iis vocum mutationibus, quas Griesbachius suggessit; latina vero exacta est ad bibliorum exemplaria, quae prodiere e vaticano typographeo. Verba duorum aut plurium evangelistarum, similia illa quidem, sed non eodem ordine disposita, si quidem una atque eadem pagellarum linea ea capiebat, haud necesse duxi transponere, ut ad eumdem ordinem ipsa revocarem. Forma tamen huius voluminis, quum augustius spatium praeberet, quam pagina manu scripta, typographum subinde compulit in duas lineas distribuere verba, quae in codice unam non amplius lineam implebant. In his ergo locis integra *συναλλαξις*, non una, sed duabus lineis continetur.

EVANGELIUM

ΔΙΑ ΤΕΣΣΑΡΩΝ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΔΙΑ ΤΕΣΣΑΡΩΝ

I

Prooemium

LUCAE I

1 Ἐπειδηπερ πολλοι ἐπεχειρησαν ἀναταξασθαι διηγησιν περι των πεπληροφορημενων ἐν ἡμιν πραγματων,

2 Καθως παρεδοσαν ἡμιν οἱ ἀπ᾽ ἀρχης αὐτοπται και ὑπηρεται γενομενοι του λογου·

3 Ἐδοξε κἀμοι, παρηκολουθηκοτι ἀνωθεν πασιν ἀκριβως, καθεξης σοι γραψαι, κρατιστε Θεοφιλε,

4 Ἱνα ἐπιγνως περι ὡν κατηχηθης λογων την ἀσφαλειαν.

II

Ioannis Baptistae procreatio

LUCAE I

5 Ἐγενετο ἐν ταις ἡμεραις Ἡρωδου, του βασιλεως της Ἰουδαιας, ἱερευς τις ὀνοματι Ζαχαριας, ἐξ ἐφημεριας Ἀβια, και ἡ γυνη αὐτου ἐκ των θυγατερων Ἀαρων, και το ὀνομα αὐτης Ἐλισαβετ.

6 Ἠσαν δε δικαιοι ἀμφοτεροι ἐνωπιον του θεου, πορευομενοι ἐν πασαις ταις ἐντολαις και δικαιωμασι του κυριου ἀμεμπτοι.

7 Και οὐκ ἠν αὐτοις τεκνον, καθοτι ἡ Ἐλισαβετ ἠν στειρα, και ἀμφοτεροι προβεβηκοτες ἐν ταις ἡμεραις αὐτων ἠσαν.

8 Ἐγενετο δε ἐν τῳ ἱερατευειν αὐτον ἐν τῃ ταξει της ἐφημεριας αὐτου ἐναντι του θεου,

9 Κατα το ἐθος της ἱερατειας ἐλαχε του θυμιασαι, εἰσελθων εἰς τον ναον του κυριου·

10 Και παν το πληθος ἠν του λαου προσευχομενον ἐξω τῃ ὡρᾳ του θυμιαματος.

11 Ὠφθη δε αὐτῳ ἀγγελος κυριου, ἑστως ἐκ δεξιων του θυσιαστηριου του θυμιαματος.

12 Και ἐταραχθη Ζαχαριας ἰδων, και φοβος ἐπεπεσεν ἐπ᾽ αὐτον.

13 Εἰπε δε προς αὐτον ὁ ἀγγελος· Μη φοβου, Ζαχαρια· διοτι εἰσηκουσθη ἡ δεησις σου, και ἡ γυνη σου Ἐλισαβετ γεννησει υἱον σοι· και καλεσεις το ὀνομα αὐτου Ἰωαννην.

14 Και ἐσται χαρα σοι και ἀγαλλιασις, και πολλοι ἐπι τῃ γενεσει αὐτου χαρησονται.

15 Ἐσται γαρ μεγας ἐνωπιον κυριου· και οἰνον και σικερα οὐ μη πιῃ· και πνευματος ἁγιου πλησθησεται ἐτι ἐκ κοιλιας μητρος αὐτου.

16 Και πολλους των υἱων Ἰσραηλ ἐπιστρεψει ἐπι κυριον τον θεον αὐτων.

17 Και αὐτος προελευσεται ἐνωπιον αὐτου ἐν πνευματι και δυναμει Ἠλιου, ἐπιστρεψαι καρδιας πατερων ἐπι τεκνα, και ἀπειθεις ἐν φρονησει δικαιων, ἑτοιμασαι κυριῳ λαον κατεσκευασμενον.

18 Και εἰπε Ζαχαριας προς τον ἀγγελον· Κατα τι γνωσομαι τουτο; ἐγω γαρ εἰμι πρεσβυτης, και ἡ γυνη μου προβεβηκυια ἐν ταις ἡμεραις αὐτης.

19 Και ἀποκριθεις ὁ ἀγγελος εἰπεν αὐτῳ· Ἐγω εἰμι Γαβριηλ, ὁ παρεστηκως ἐνωπιον του θεου· και ἀπεσταλην λαλησαι προς σε, και εὐαγγελισασθαι σοι ταυτα.

20 Και ἰδου, ἐσῃ σιωπων, και μη δυναμενος λαλησαι, ἀχρι ἡς ἡμερας γενηται ταυτα· ἀνθ᾽ ὡν οὐκ ἐπιστευσας τοις λογοις μου, οἰτινες πληρωθησονται εἰς τον καιρον αὐτων.

21 Και ἠν ὁ λαος προσδοκων τον Ζαχαριαν· και ἐθαυμαζον ἐν τῳ χρονιζειν αὐτον ἐν τῳ ναῳ.

22 Ἐξελθων δε οὐκ ἠδυνατο λαλησαι αὐτοις· και ἐπεγνωσαν, ὁτι ὀπτασιαν ἑωρακεν ἐν τῳ ναῳ· και αὐτος ἠν διανευων αὐτοις, και διεμενε κωφος.

23 Και ἐγενετο ὡς ἐπλησθησαν αἱ ἡμεραι της λειτουργιας αὐτου, ἀπηλθεν εἰς τον οἰκον αὐτου.

24 Μετα δε ταυτας τας ἡμερας συνελαβεν Ἐλισαβετ ἡ γυνη αὐτου· και περιεκρυβεν ἑαυτην μηνας πεντε, λεγουσα·

25 Ὁτι οὑτω μοι πεποιηκεν ὁ κυριος ἐν ἡμεραις, αἱς ἐπειδεν ἀφελειν το ὀνειδος μου ἐν ἀνθρωποις.

III

Divini Verbi incarnatio

LUCAE I

26 Ἐν δε τῳ μηνι τῳ ἑκτῳ ἀπεσταλη ὁ ἀγγελος Γαβριηλ ὑπο του θεου εἰς πολιν της Γαλιλαιας, ᾑ ὀνομα Ναζαρετ,

27 Προς παρθενον μεμνηστευμενην ἀνδρι, ᾡ ὀνομα Ἰωσηφ, ἐξ οἰκου Δαυιδ· και το ὀνομα της παρθενου, Μαριαμ.

EVANGELIUM ΔΙΑ ΤΕΣΣΑΡΩΝ

I

Prooemium

LUCAE I

1 Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quae in nobis completae sunt, rerum:
2 Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis:
3 Visum est et mihi, assecuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile,
4 Ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

II

Ioannis Baptistae procreatio

LUCAE I

5 Fuit in diebus Herodis, regis Iudaeae, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, et uxor illius de filiabus Aaron, et nomen eius Elisabeth.
6 Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, et iustificationibus Domini sine querela,
7 Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, et ambo processissent in diebus suis.
8 Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum,
9 Secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini:
10 Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.
11 Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi.
12 Et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum.
13 Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen eius Ioannem:
14 Et erit gaudium tibi, et exultatio, et multi in nativitate eius gaudebunt:
15 Erit enim magnus coram Domino: et vinum, et siceram non bibet, et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae:
16 Et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum:
17 Et ipse praecedet ante illum in spiritu, et virtute Eliae: ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.
18 Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, et uxor mea processit in diebus suis.
19 Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: et missus sum loqui ad te, et haec tibi evangelizare.
20 Et ecce eris tacens, et non poteris loqui usque in diem, quo haec fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quae implebuntur in tempore suo.
21 Et erat plebs expectans Zachariam: et mirabantur quod tardaret ipse in templo.
22 Egressus autem non poterat loqui ad illos, et cognoverunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, et permansit mutus.
23 Et factum est, ut impleti sunt dies officii eius, abiit in domum suam:
24 Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, et occultabat se mensibus quinque, dicens:
25 Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

III

Divini Verbi incarnatio

LUCAE I

26 In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth,
27 Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen virginis Maria.

28 Και εἰσελθων ὁ ἀγγελος προς αὐτην, εἰπε· Χαιρε, κεχαριτωμενη· ὁ κυριος μετα σου· εὐλογημενη συ ἐν γυναιξιν.

29 Ἡ δε ἐπι τῳ λογῳ διεταραχθη, και διελογιζετο, ποταπος εἰη ὁ ἀσπασμος οὑτος.

30 Και εἰπεν ὁ ἀγγελος αὐτῃ· Μη φοβου, Μαριαμ· εὑρες γαρ χαριν παρα τῳ Θεῳ.

31 Και ἰδου, συλληψῃ ἐν γαστρι, και τεξῃ υἱον, και καλεσεις το ὀνομα αὐτου Ἰησουν.

32 Οὑτος ἐσται μεγας, και υἱος ὑψιστου κληθησεται· και δωσει αὐτῳ κυριος ὁ Θεος τον θρονον Δαυιδ του πατρος αὐτου·

33 Και βασιλευσει ἐπι τον οἰκον Ἰακωβ εἰς τους αἰωνας, και της βασιλειας αὐτου οὐκ ἐσται τελος.

34 Εἰπε δε Μαριαμ προς τον ἀγγελον· Πως ἐσται τουτο, ἐπει ἀνδρα οὐ γινωσκω;

35 Και ἀποκριθεις ὁ ἀγγελος εἰπεν αὐτῃ· Πνευμα ἁγιον ἐπελευσεται ἐπι σε, και δυναμις ὑψιστου ἐπισκιασει σοι· διο και το γεννωμενον ἁγιον, κληθησεται υἱος Θεου.

36 Και ἰδου, Ἐλισαβετ ἡ συγγενης σου, και αὐτη συνειληφυια υἱον ἐν γηρει αὐτης· και οὑτος μην ἑκτος ἐστιν αὐτῃ τῃ καλουμενῃ στειρᾳ.

37 Ὁτι οὐκ ἀδυνατησει παρα τῳ Θεῳ παν ῥημα.

38 Εἰπε δε Μαριαμ· Ἰδου, ἡ δουλη κυριου· γενοιτο μοι κατα το ῥημα σου. Και ἀπηλθεν ἀπ' αὐτης ὁ ἀγγελος.

IOANNIS I

1 Ἐν ἀρχῃ ἠν ὁ λογος, και ὁ λογος ἠν προς τον Θεον, και Θεος ἠν ὁ λογος.

2 Οὑτος ἠν ἐν ἀρχῃ προς τον Θεον.

3 Παντα δι' αὐτου ἐγενετο· και χωρις αὐτου ἐγενετο οὐδε ἑν, ὁ γεγονεν.

4 Ἐν αὐτῳ ζωη ἠν, και ἡ ζωη ἠν το φως των ἀνθρωπων·

5 Και το φως ἐν τῃ σκοτιᾳ φαινει, και ἡ σκοτια αὐτο οὐ κατελαβεν.

6 Ἐγενετο ἀνθρωπος ἀπεσταλμενος παρα Θεου, ὀνομα αὐτῳ Ἰωαννης·

7 Οὑτος ἠλθεν εἰς μαρτυριαν, ἱνα μαρτυρηση περι του φωτος, ἱνα παντες πιστευσωσι δι' αὐτου.

8 Οὐκ ἠν ἐκεινος το φως, ἀλλ' ἱνα μαρτυρηση περι του φωτος.

9 Ἠν το φως το ἀληθινον, ὁ φωτιζει παντα ἀνθρωπον ἐρχομενον εἰς τον κοσμον.

10 Ἐν τῳ κοσμῳ ἠν, και ὁ κοσμος δι' αὐτου ἐγενετο, και ὁ κοσμος αὐτον οὐκ ἐγνω.

11 Εἰς τα ἰδια ἠλθε, και οἱ ἰδιοι αὐτον οὐ παρελαβον.

12 Ὁσοι δε ἐλαβον αὐτον, ἐδωκεν αὐτοις ἐξουσιαν τεκνα Θεου γενεσθαι, τοις πιστευουσιν εἰς το ὀνομα αὐτου·

13 Οἱ οὐκ ἐξ αἱματων, οὐδε ἐκ θεληματος σαρκος, οὐδε ἐκ θεληματος ἀνδρος, ἀλλ' ἐκ Θεου ἐγεννηθησαν.

14 Και ὁ λογος σαρξ ἐγενετο, και ἐσκηνωσεν ἐν ἡμιν (και ἐθεασαμεθα την δοξαν αὐτου, δοξαν ὡς μονογενους παρα πατρος,) πληρης χαριτος και ἀληθειας.

15 Ἰωαννης μαρτυρει περι αὐτου, και κεκραγε, λεγων· Οὑτος ἠν, ὁν εἰπον· Ὁ ὀπισω μου ἐρχομενος, ἐμπροσθεν μου γεγονεν· Ὁτι πρωτος μου ἠν.

16 Και ἐκ του πληρωματος αὐτου ἡμεις παντες ἐλαβομεν, και χαριν ἀντι χαριτος.

17 Ὁτι ὁ νομος δια Μωσεως ἐδοθη· ἡ χαρις και ἡ ἀληθεια δια Ἰησου Χριστου ἐγενετο.

18 Θεον οὐδεις ἑωρακε πωποτε· ὁ μονογενης υἱος, ὁ ὠν εἰς τον κολπον του πατρος, ἐκεινος ἐξηγησατο. (XVI)

MATTHAEI I

1 Βιβλος γενεσεως Ἰησου Χριστου, υἱου Δαυιδ, υἱου Ἀβρααμ.

2 Ἀβρααμ ἐγεννησε τον Ἰσαακ· Ἰσαακ δε ἐγεννησε τον Ἰακωβ· Ἰακωβ δε ἐγεννησε τον Ἰουδαν και τους ἀδελφους αὐτου·

3 Ἰουδας δε ἐγεννησε τον Φαρες και τον Ζαρα ἐκ της Θαμαρ· Φαρες δε ἐγεννησε τον Ἐσρωμ· Ἐσρωμ δε ἐγεννησε τον Ἀραμ·

4 Ἀραμ δε ἐγεννησε τον Ἀμιναδαβ· Ἀμιναδαβ δε ἐγεννησε τον Ναασσων· Ναασσων δε ἐγεννησε τον Σαλμων·

5 Σαλμων δε ἐγεννησε τον Βοοζ ἐκ της Ῥαχαβ. Βοοζ δε ἐγεννησε τον Ὠβηδ ἐκ της Ῥουθ· Ὠβηδ δε ἐγεννησε τον Ἰεσσαι·

6 Ἰεσσαι δε ἐγεννησε τον Δαυιδ τον βασιλεα· Δαυιδ δε ὁ βασιλευς ἐγεννησε τον Σολομωνα ἐκ της του Οὐριου·

7 Σολομων δε ἐγεννησε τον Ῥοβοαμ· Ῥοβοαμ δε ἐγεννησε τον Ἀβια· Ἀβια δε ἐγεννησε τον Ἀσα·

8 Ἀσα δε ἐγεννησε τον Ἰωσαφατ· Ἰωσαφατ δε ἐγεννησε τον Ἰωραμ· Ἰωραμ δε ἐγεννησε τον Ὀζιαν·

9 Ὀζιας δε ἐγεννησε τον Ἰωαθαμ· Ἰωαθαμ δε ἐγεννησε τον Ἀχαζ· Ἀχαζ δε ἐγεννησε τον Ἐζεκιαν·

10 Ἐζεκιας δε ἐγεννησε τον Μανασση· Μανασσης δε ἐγεννησε τον Ἀμων· Ἀμων δε ἐγεννησε τον Ἰωσιαν·

11 Ἰωσιας δε ἐγεννησε τον Ἰεχονιαν και τους ἀδελφους αὐτου, ἐπι της μετοικεσιας Βαβυλωνος·

12 Μετα δε την μετοικεσιαν Βαβυλωνος, Ἰεχονιας ἐγεννησε τον Σαλαθιηλ· Σαλαθιηλ δε ἐγεννησε τον Ζοροβαβελ·

13 Ζοροβαβελ δε ἐγεννησε τον Ἀβιουδ· Ἀβιουδ δε ἐγεννησε τον Ἐλιακειμ· Ἐλιακειμ δε ἐγεννησε τον Ἀζωρ·

28 Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

29 Quae cum audisset, turbata est in sermone eius, et cogitabat qualis esset ista salutatio.

30 Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum:

31 Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum.

32 Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: et regnabit in domo Iacob in aeternum,

33 Et regni eius non erit finis.

34 Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

35 Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

36 Et ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute sua: et hic mensis sextus est illi, quae vocatur sterilis:

37 Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

38 Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus.

IOANNIS I

1 In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum.

2 Hoc erat in principio apud Deum.

3 Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est,

4 In ipso vita erat, et vita erat lux hominum:

5 Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.

6 Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes.

7 Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.

8 Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

9 Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

10 In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.

11 In propria venit, et sui eum non receperunt.

12 Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius:

13 Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

14 Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae, et veritatis.

15 Ioannes testimonium perhibet de ipso, et clamat dicens: Hic erat, quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.

16 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia.

17 Quia lex per Moysen data est, gratia, et veritas per Iesum Christum facta est.

18 Deum nemo vidit umquam: unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit. (XVI)

MATTHAEI I

1 Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.

2 Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, et fratres eius.

3 Iudas autem genuit Phares, et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram.

4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon.

5 Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit David regem.

6 David autem rex genuit Salomonem ex ea, quae fuit Uriae.

7 Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa.

8 Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.

9 Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.

10 Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam.

11 Iosias autem genuit Iechoniam, et fratres eius in transmigratione Babylonis.

12 Et post transmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

13 Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

14 *Ἀζωρ δε ἐγεννησε τον Σαδωκ· Σαδωκ δε ἐγεννησε τον Ἀχειμ· Ἀχειμ δέ ἐγεννησε τον Ἐλιουδ·*
15 *Ἐλιουδ δε ἐγεννησε τον Ἐλεαζαρ· Ἐλεαζαρ δε ἐγεννησε τον Ματθαν· Ματθαν δε ἐγεννησε τον Ἰακωβ.*
16 *Ἰακωβ δε ἐγεννησε τον Ἰωσεφ, τον ἀνδρα Μαριας, ἐξ ἡς ἐγεννηθη Ἰησους, ὁ λεγομενος Χριστος.*

17 *Πασαι ουν αἱ γενεαι ἀπο Ἀβρααμ ἑως Δαυιδ, γενεαι δεκατεσσαρες· και ἀπο Δαυιδ ἑως της μετοικεσιας Βαβυλωνος, γενεαι δεκατεσσαρες· και ἀπο της μετοικεσιας Βαβυλωνος ἑως του Χριστου, γενεαι δεκατεσσαρες.*
18 *Του δε Ἰησου Χριστου ἡ γενεσις οὑτως ἠν....* **(V)**

IV

Maria Elisabetham visens. Ortus Ioannis

LUCAE I

39 *Ἀναστασα δε Μαριαμ ἐν ταις ἡμεραις ταυταις, ἐπορευθη εἰς την ὀρεινην μετα σπουδης, εἰς πολιν Ἰουδα.*
40 *Και εἰσηλθεν εἰς τον οἰκον Ζαχαριου, και ἠσπασατο την Ἐλισαβετ.*
41 *Και ἐγενετο, ὡς ἠκουσεν ἡ Ἐλισαβετ τον ἀσπασμον της Μαριας, ἐσκιρτησε το βρεφος ἐν τῃ κοιλιᾳ αὐτης· και ἐπλησθη πνευματος ἁγιου ἡ Ἐλισαβετ,*
42 *Και ἀνεφωνησε φωνῃ μεγαλῃ, και εἰπεν· Εὐλογημενη συ ἐν γυναιξι· και εὐλογημενος ὁ καρπος της κοιλιας σου.*
43 *Και ποθεν μοι τουτο, ἱνα ἐλθῃ ἡ μητηρ του κυριου μου προς με;*
44 *Ἰδου γαρ, ὡς ἐγενετο ἡ φωνη του ἀσπασμου σου εἰς τα ὠτα μου, ἐσκιρτησε το βρεφος ἐν ἀγαλλιασει ἐν τῃ κοιλιᾳ μου.*
45 *Και μακαρια ἡ πιστευσασα, ὁτι ἐσται τελειωσις τοις λελαλημενοις αὐτῃ παρα κυριου.*
46 *Και εἰπε Μαριαμ· Μεγαλυνει ἡ ψυχη μου τον κυριον,*
47 *Και ἠγαλλιασε το πνευμα μου ἐπι τῳ Θεῳ τῳ σωτηρι μου·*
48 *Ὁτι ἐπεβλεψεν ἐπι την ταπεινωσιν της δουλης αὐτου. Ἰδου γαρ, ἀπο του νυν μακαριουσι με πασαι αἱ γενεαι·*
49 *Ὁτι ἐποιησε μοι μεγαλεια ὁ δυνατος· και ἁγιον το ὀνομα αὐτου,*
50 *Και το ἐλεος αὐτου εἰς γενεας γενεων τοις φοβουμενοις αὐτον.*
51 *Ἐποιησε κρατος ἐν βραχιονι αὐτου· διεσκορπισεν ὑπερηφανους διανοιᾳ καρδιας αὐτων.*
52 *Καθειλε δυναστας ἀπο θρονων, και ὑψωσε ταπεινους.*
53 *Πεινωντας ἐνεπλησεν ἀγαθων, και πλουτουντας ἐξαπεστειλε κενους.*
54 *Ἀντελαβετο Ἰσραηλ παιδος αὐτου, μνησθηναι ἐλεους,*
55 *(Καθως ἐλαλησε προς τους πατερας ἡμων,) τῳ ἀβρααμ και τῳ σπερματι αὐτου εἰς τον αἰωνα.*
56 *Ἐμεινε δε Μαριαμ συν αὐτῃ ὡσει μηνας τρεις· και ὑπεστρεψεν εἰς τον οἰκον αὐτης.*

57 *Τῃ δε Ἐλισαβετ ἐπλησθη ὁ χρονος του τεκειν αὐτην· και ἐγεννησεν υἱον.*
58 *Και ἠκουσαν οἱ περιοικοι και οἱ συγγενεις αὐτης, ὁτι ἐμεγαλυνε κυριος το ἐλεος αὐτου μετ' αὐτης· και συνεχαιρον αὐτῃ.*
59 *Και ἐγενετο, ἐν τῃ ὀγδοῃ ἡμερᾳ ἠλθον περιτεμειν το παιδιον· και ἐκαλουν αὐτο, ἐπι τῳ ὀνοματι του πατρος αὐτου, Ζαχαριαν.*
60 *Και ἀποκριθεισα ἡ μητηρ αὐτου εἰπεν· Οὐχι· ἀλλα κληθησεται Ἰωαννης.*
61 *Και εἰπον προς αὐτην· Ὁτι οὐδεις ἐστιν ἐν τῃ συγγενειᾳ σου, ὁς καλειται τῳ ὀνοματι τουτῳ.*
62 *Ἐνενευον δε τῳ πατρι αὐτου, το τι ἀν θελοι καλεισθαι αὐτον.*
63 *Και αἰτησας πινακιδιον, ἐγραψε, λεγων· Ἰωαννης ἐστι το ὀνομα αὐτου. Και ἐθαυμασαν παντες.*
64 *Ἀνεῳχθη δε το στομα αὐτου παραχρημα, και ἡ γλωσσα αὐτου· και ἐλαλει εὐλογων τον Θεον.*
65 *Και ἐγενετο ἐπι παντας φοβος τους περιοικουντας αὐτους· και ἐν ὁλῃ τῃ ὀρεινῃ της Ἰουδαιας διελαλειτο παντα τα ῥηματα ταυτα.*
66 *Και ἐθεντο παντες οἱ ἀκουσαντες ἐν τῃ καρδιᾳ αὐτων, λεγοντες· Τι ἀρα το παιδιον τουτο ἐσται; Και χειρ κυριου ἠν μετ' αὐτου.*
67 *Και Ζαχαριας ὁ πατηρ αὐτου ἐπλησθη πνευματος ἁγιου, και προεφητευσε, λεγων·*
68 *Εὐλογητος κυριος, ὁ Θεος του Ἰσραηλ· ὁτι ἐπεσκεψατο και ἐποιησε λυτρωσιν τῳ λαῳ αὐτου,*
69 *Και ἠγειρε κερας σωτηριας ἡμιν ἐν τῳ οἰκῳ Δαυιδ του παιδος αὐτου·*
70 *(Καθως ἐλαλησε δια στοματος των ἁγιων, των ἀπ' αἰωνος, προφητων αὐτου·)*
71 *Σωτηριαν ἐξ ἐχθρων ἡμων, και ἐκ χειρος παντων των μισουντων ἡμας.*
72 *Ποιησαι ἐλεος μετα των πατερων ἡμων, και μνησθηναι διαθηκης ἁγιας αὐτου,*
73 *Ὁρκον, ὁν ὠμοσε προς Ἀβρααμ τον πατερα ἡμων, του δουναι ἡμιν,*
74 *Ἀφοβως, ἐκ χειρος των ἐχθρων ἡμων ῥυσθεντας, λατρευειν αὐτῳ*
75 *Ἐν ὁσιοτητι και δικαιοσυνῃ ἐνωπιον αὐτου, πασας τας ἡμερας ἡμων.*

14 Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

15 Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob.

16 Iacob autem genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

17 Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David, generationes quattuordecim: et a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quattuordecim: et a transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quattuordecim. (V)

IV

Mariam Elisabetham visens. Ortus Ioannis

LUCAE I

39 Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in civitatem Iuda:

40 Et intravit in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth.

41 Et factum est, ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero eius: et repleta est Spiritu sancto Elisabeth:

42 Et exclamavit voce magna, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

43 Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?

44 Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.

45 Et beata, quae credidisti, quoniam perficientur ea, quae dicta sunt tibi a Domino.

46 Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum:

47 Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

48 Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

49 Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.

50 Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

51 Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

52 Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.

53 Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes.

54 Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.

55 Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, et semini eius in saecula.

56 Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: et reversa est in domum suam.

57 Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, et peperit filium.

58 Et audierunt vicini, et cognati eius quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei.

59 Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam.

60 Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.

61 Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.

62 Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum.

63 Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt universi.

64 Apertum est autem illico os eius, et lingua eius, et loquebatur benedicens Deum.

65 Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omnia montana Iudaeae divulgabantur omnia verba haec:

66 Et posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

67 Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: et prophetavit, dicens:

68 Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae:

69 Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

70 Sicut locutus est per os sanctorum, qui a saeculo sunt, prophetarum eius:

71 Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium, qui oderunt nos:

72 Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

73 Iusiurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis:

74 Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi.

75 In sanctitate, et iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

76 *Και συ, παιδιον, προφητης ὑψιστου κληθηση· προπορευση γαρ προ προσωπου κυριου, ἑτοιμασαι ὁδους αὐτου,*

77 *Του δουναι γνωσιν σωτηριας τῳ λαῳ αὐτου, ἐν ἀφεσει ἁμαρτιων αὐτων,*

78 *Δια σπλαγχνα ἐλεους Θεου ἡμων, ἐν οἱς ἐπεσκεψατο ἡμας ἀνατολη ἐξ ὑψους,*

79 *Ἐπιφαναι τοις ἐν σκοτει και σκιᾳ θανατου καθημενοις, του κατευθυναι τους ποδας ἡμων εἰς ὁδον εἰρηνης.* (VIII)

V

Iosephi somnium

MATTHAEI I

18 ...*Μνηστευθεισης γαρ της μητρος αὐτου Μαριας τῳ Ἰωσηφ, πριν ἡ συνελθειν αὐτους, εὑρεθη ἐν γαστρι ἐχουσα ἐκ πνευματος ἁγιου.*

19 *Ἰωσηφ δε ὁ ἀνηρ αὐτης, δικαιος ὠν και μη θελων αὐτην παραδειγματισαι, ἐβουληθη λαθρα ἀπολυσαι αὐτην.*

20 *Ταυτα δε αὐτου ἐνθυμηθεντος, ἰδου, ἀγγελος κυριου κατ᾽ ὀναρ ἐφανη αὐτῳ, λεγων· Ἰωσηφ, υἱος Δαυιδ, μη φοβηθῃς παραλαβειν Μαριαμ την γυναικα σου· το γαρ ἐν αὐτῃ γεννηθεν ἐκ πνευματος ἐστιν ἁγιου·*

21 *Τεξεται δε υἱον, και καλεσεις το ὀνομα αὐτου Ἰησουν· αὐτος γαρ σωσει τον λαον αὐτου ἀπο των ἁμαρτιων αὐτων.*

22 *Τουτο δε ὁλον γεγονεν, ἱνα πληρωθη το ῥηθεν ὑπο του κυριου δια του προφητου, λεγοντος·*

23 *Ἰδου, ἡ παρθενος ἐν γαστρι ἑξει, και τεξεται υἱον, και καλεσουσι το ὀνομα αὐτου Ἐμμανουηλ· ὁ ἐστι μεθερμηνευομενον, μεθ᾽ ἡμων ὁ Θεος.*

24 *Διεγερθεις δε ὁ Ἰωσηφ ἀπο του ὑπνου, ἐποιησεν ὡς προσεταξεν αὐτῳ ὁ ἀγγελος κυριου· και παρελαβε την γυναικα αὐτου,*

25 *Και οὐκ ἐγινωσκεν αὐτην ἑως οὗ ἐτεκε τον υἱον αὐτης τον πρωτοτοκον· και ἐκαλεσε το ὀνομα αὐτου Ἰησουν.* (VII)

VI

Christi ortus et circumcisio. Mariae purificatio. Reditus Nazarethum

LUCAE II

1 *Ἐγενετο δε ἐν ταις ἡμεραις ἐκειναις, ἐξηλθε δογμα παρα Καισαρος Αὐγουστου, ἀπογραφεσθαι πασαν την οἰκουμενην.*

2 (*Αὐτη ἡ ἀπογραφη πρωτη ἐγενετο ἡγεμονευοντος της Συριας Κυρηνιου.*)

3 *Και ἐπορευοντο παντες ἀπογραφεσθαι, ἑκαστος εἰς την ἰδιαν πολιν.*

4 *Ἀνεβη δε και Ἰωσηφ ἀπο της Γαλιλαιας, ἐκ πολεως Ναζαρετ, εἰς την Ἰουδαιαν, εἰς πολιν Δαυιδ, ἡτις καλειται Βηθλεεμ,* (*δια το εἰναι αὐτον ἐξ οἰκου και πατριας Δαυιδ,*)

5 *Ἀπογραψασθαι συν Μαριαμ τῃ μεμνηστευμενῃ αὐτῳ γυναικι, οὐσῃ ἐγκυῳ.*

6 *Ἐγενετο δε ἐν τῳ εἰναι αὐτους ἐκει, ἐπλησθησαν αἱ ἡμεραι του τεκειν αὐτην.*

7 *Και ἐτεκε τον υἱον αὐτης τον πρωτοτοκον, και ἐσπαργανωσεν αὐτον, και ἀνεκλινεν αὐτον ἐν τῃ φατνῃ· διοτι οὐκ ἠν αὐτοις τοπος ἐν τῳ καταλυματι.*

8 *Και ποιμενες ἠσαν ἐν τῃ χωρᾳ τῃ αὐτῃ ἀγραυλουντες, και φυλασσοντες φυλακας της νυκτος ἐπι την ποιμνην αὐτων.*

9 *Και ἰδου, ἀγγελος κυριου ἐπεστη αὐτοις, και δοξα κυριου περιελαμψεν αὐτους· και ἐφοβηθησαν φοβον μεγαν.*

10 *Και εἰπεν αὐτοις ὁ ἀγγελος· Μη φοβεισθε· ἰδου γαρ, εὐαγγελιζομαι ὑμιν χαραν μεγαλην, ἡτις ἐσται παντι τῳ λαῳ·*

11 *Ὁτι ἐτεχθη ὑμιν σημερον σωτηρ, ὁς ἐστι Χριστος κυριος, ἐν πολει Δαυιδ.*

12 *Και τουτο ὑμιν το σημειον. Εὑρησετε βρεφος ἐσπαργανωμενον κειμενον ἐν φατνῃ.*

13 *Και ἐξαιφνης ἐγενετο συν τῳ ἀγγελῳ πληθος στρατιας οὐρανιου, αἰνουντων τον Θεον, και λεγοντων·*

14 *Δοξα ἐν ὑψιστοις Θεῳ, και ἐπι γης εἰρηνη· ἐν ἀνθρωποις εὐδοκια.*

15 *Και ἐγενετο, ὡς ἀπηλθον ἀπ᾽ αὐτων εἰς τον οὐρανον οἱ ἀγγελοι, και οἱ ἀνθρωποι, οἱ ποιμενες, εἰπον προς ἀλληλους· Διελθωμεν δη ἑως Βηθλεεμ, και ἰδωμεν το ῥημα τουτο το γεγονος, ὁ ὁ κυριος ἐγνωρισεν ἡμιν.*

16 *Και ἠλθον σπευσαντες, και ἀνευρον την τε Μαριαμ και τον Ἰωσηφ, και το βρεφος κειμενον ἐν τῃ φατνῃ.*

17 *Ἰδοντες δε, διεγνωρισαν περι του ῥηματος του λαληθεντος αὐτοις περι του παιδιου τουτου.*

18 *Και παντες οἱ ἀκουσαντες ἐθαυμασαν περι των λαληθεντων ὑπο των ποιμενων προς αὐτους.*

19 *Ἡ δε Μαριαμ παντα συνετηρει τα ῥηματα ταυτα, συμβαλλουσα ἐν τῃ καρδιᾳ αὐτης.*

76 Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius:

77 Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum:

78 Per viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

79 Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. (VIII)

V

Iosephi somnium

MATTHAEI I

18 Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.

19 Ioseph autem vir eius cum esset iustus, et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam.

20 Haec autem eo cogitante, ecce Angelus domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

21 Pariet autem filium: et vocabis nomen eius Iesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

22 Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a domino per Prophetam dicentem:

23 Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium: et vocabunt nomen eius emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus.

24 Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut praecepit ei Angelus Domini, et accepit coniugem suam.

25 Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: et vocavit nomen eius Iesum. (VII)

VI

Christi ortus et circumcisio. Mariae purificatio. Reditus Nazarethum

LUCAE II

1 Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis.

2 Haec descriptio prima, facta est a praeside Syriae Cyrino:

3 Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem.

4 Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo, et familia David,

5 Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante.

6 Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret.

7 Et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in praesepio: quia non erat eis locus in diversorio.

8 Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum.

9 Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, et claritas Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno.

10 Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:

11 Quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

12 Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, et positum in praesepio.

13 Et subito facta est cum Angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum, et dicentium:

14 Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.

15 Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in caelum: pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

16 Et venerunt festinantes: et invenerunt Mariam, et Ioseph, et infantem positum in praesepio.

17 Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

18 Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: et de his, quae dicta erant a pastoribus ad ipsos.

19 Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo.

20 Και ὑπεστρεψαν οἱ ποιμενες, δοξαζοντες και αἰνουντες τον Θεον ἐπι πασιν οἱς ἠκουσαν και εἰδον, καθως ἐλαληθη προς αὐτους.

21 Και ὁτε ἐπλησθησαν ἡμεραι ὀκτω του περιτεμειν το παιδιον, και ἐκληθη το ὀνομα αὐτου Ἰησους, το κληθεν ὑπο του ἀγγελου προ του συλληφθηναι αὐτον ἐν τῃ κοιλιᾳ.

22 Και ὁτε ἐπλησθησαν αἱ ἡμεραι του καθαρισμου αὐτων, κατα τον νομον Μωσεως, ἀνηγαγον αὐτον εἰς Ἱεροσολυμα, παραστησαι τῳ κυριῳ,

23 (Καθως γεγραπται ἐν νομῳ κυριου· Ὁτι παν ἀρσεν διανοιγον μητραν, ἁγιον τῳ κυριῳ κληθησεται·)

24 Και του δουναι θυσιαν, κατα το εἰρημενον ἐν νομῳ κυριου, ζευγος τρυγονων, ἠ δυο νεοσσους περιστερων.

25 Και ἰδου, ἠν ἀνθρωπος ἐν Ἱερουσαλημ, ᾡ ὀνομα Συμεων· και ὁ ἀνθρωπος οὑτος δικαιος και εὐλαβης, προσδεχομενος παρακλησιν του Ἰσραηλ. Και πνευμα ἠν ἁγιον ἐπ᾽ αὐτον·

26 Και ἠν αὐτῳ κεχρηματισμενον ὑπο του πνευματος του ἁγιου, μη ἰδειν θανατον, πριν ἠ ἰδῃ τον Χριστον κυριου.

27 Και ἠλθεν ἐν τῳ πνευματι εἰς το ἱερον· και ἐν τῳ εἰσαγαγειν τους γονεις το παιδιον Ἰησουν, του ποιησαι αὐτους κατα το εἰθισμενον του νομου περι αὐτου·

28 Και αὐτος ἐδεξατο αὐτο εἰς τας ἀγκαλας αὐτου, και εὐλογησε τον Θεον, και εἰπε·

29 Νυν ἀπολυεις τον δουλον σου, δεσποτα, κατα το ῥημα σου, ἐν εἰρηνῃ·

30 Ὁτι εἰδον οἱ ὀφθαλμοι μου το σωτηριον σου,

31 Ὁ ἡτοιμασας κατα προσωπον παντων των λαων·

32 Φως εἰς ἀποκαλυψιν ἐθνων, και δοξαν λαου σου Ἰσραηλ.

33 Και ἠν ὁ πατηρ αὐτου και ἡ μητηρ θαυμαζοντες ἐπι τοις λαλουμενοις περι αὐτου.

34 Και εὐλογησεν αὐτους Συμεων, και εἰπε προς Μαριαμ την μητερα αὐτου· Ἰδου, οὑτος κειται εἰς πτωσιν και ἀναστασιν πολλων ἐν τῳ Ἰσραηλ, και εἰς σημειον ἀντιλεγομενον·

35 (Και σου δε αὐτης την ψυχην διελευσεται ῥομφαια·) ὁπως ἀν ἀποκαλυφθωσιν ἐκ πολλων καρδιων διαλογισμοι.

36 Και ἠν Ἀννα προφητις, θυγατηρ Φανουηλ, ἐκ φυλης Ἀσηρ· αὑτη προβεβηκυια ἐν ἡμεραις πολλαις, ζησασα ἐτη μετα ἀνδρος ἑπτα ἀπο της παρθενιας αὐτης·

37 Και αὑτη χηρα ὡς ἐτων ὀγδοηκοντα τεσσαρων, ἡ οὐκ ἀφιστατο ἀπο του ἱερου, νηστειαις και δεησεσι λατρευουσα νυκτα και ἡμεραν.

38 Και αὑτη, αὐτῃ τῃ ὡρᾳ ἐπιστασα, ἀνθωμολογειτο τῳ κυριῳ, και ἐλαλει περι αὐτου πασι τοις προσδεχομενοις λυτρωσιν ἐν Ἱερουσαλημ.

39 Και ὡς ἐτελεσαν ἁπαντα τα κατα τον νομον κυριου, ὑπεστρεψαν εἰς την Γαλιλαιαν, εἰς την πολιν αὐτων, Ναζαρετ. (VIII)

VII

Magi. Fuga in Aegyptum. Caedes puerorum. Reditus Nararethum

MATTHAEI II

1 Του δε Ἰησου γεννηθεντος ἐν Βηθλεεμ της Ἰουδαιας, ἐν ἡμεραις Ἡρωδου του βασιλεως, ἰδου, μαγοι ἀπο ἀνατολων παρεγενοντο εἰς Ἱεροσολυμα, λεγοντες·

2 Που ἐστιν ὁ τεχθεις βασιλευς των Ἰουδαιων; εἰδομεν γαρ αὐτου τον ἀστερα ἐν τῃ ἀνατολῃ, και ἠλθομεν προσκυνησαι αὐτῳ.

3 Ἀκουσας δε Ἡρωδης ὁ βασιλευς ἐταραχθη, και πασα Ἱεροσολυμα μετ᾽ αὐτου·

4 Και συναγαγων παντας τους ἀρχιερεις και γραμματεις του λαου, ἐπυνθανετο παρ᾽ αὐτων, που ὁ Χριστος γενναται.

5 Οἱ δε εἰπον αὐτῳ· Ἐν Βηθλεεμ της Ἰουδαιας· οὑτω γαρ γεγραπται δια του προφητου·

6 Και συ Βηθλεεμ, γη Ἰουδα, οὐδαμως ἐλαχιστη εἰ ἐν τοις ἡγεμοσιν Ἰουδα· ἐκ σου γαρ ἐξελευσεται ἡγουμενος, ὁστις ποιμανει τον λαον μου, τον Ἰσραηλ.

7 Τοτε Ἡρωδης λαθρα καλεσας τους μαγους, ἠκριβωσε παρ᾽ αὐτων τον χρονον του φαινομενου ἀστερος,

26 Και ἠλθον προς τον Ἰωαννην, και εἰπον αὐτῳ· Ῥαββι, ὁς ἠν μετα σου περαν του Ἰορδανου, ᾡ συ μεμαρτυρηκας, ἰδε, οὑτος βαπτιζει, και παντες ἐρχονται προς αὐτον.

27 Ἀπεκριθη Ἰωαννης και εἰπεν· Οὐ δυναται ἀνθρωπος λαμβανειν οὐδεν, ἐαν μη ᾐ δεδομενον αὐτῳ ἐκ του οὐρανου.

28 Αὐτοι ὑμεις μοι μαρτυρειτε, ὁτι εἰπον· Οὐκ εἰμι ἐγω ὁ Χριστος, ἀλλ᾽ ὁτι ἀπεσταλμενος εἰμι ἐμπροσθεν ἐκεινου.

29 Ὁ ἐχων την νυμφην, νυμφιος ἐστιν· ὁ δε φιλος του νυμφιου, ὁ ἑστηκως και ἀκουων αὐτου, χαρᾳ χαιρει δια την φωνην του νυμφιου. Αὑτη οὐν ἡ χαρα ἡ ἐμη πεπληρωται.

30 Ἐκεινον δει αὐξανειν, ἐμε δε ἐλαττουσθαι.

31 Ὁ ἀνωθεν ἐρχομενος, ἐπανω παντων ἐστιν. Ὁ ὠν ἐκ της γης ἐκ της γης ἐστι, και ἐκ της γης λαλει· ὁ ἐκ του οὐρανου ἐρχομενος, ἐπανω παντων ἐστι,

32 Και ὁ ἑωρακε και ἠκουσε, τουτο μαρτυρει· και την μαρτυριαν αὐτου οὐδεις λαμβανει.

33 Ὁ λαβων αὐτου την μαρτυριαν, ἐσφραγισεν, ὁτι ὁ Θεος ἀληθης ἐστιν.

34 Ὁν γαρ ἀπεστειλεν ὁ Θεος, τα ῥηματα του Θεου λαλει· οὐ γαρ ἐκ μετρου διδωσιν ὁ Θεος το πνευμα.

35 Ὁ πατηρ ἀγαπᾳ τον υἱον, και παντα δεδωκεν ἐν τῃ χειρι αὐτου.

36 Ὁ πιστευων εἰς τον υἱον, ἐχει ζωην αἰωνιον· ὁ δε ἀπειθων τῳ υἱῳ, οὐκ ὀψεται ζωην, ἀλλ᾽ ἡ ὀργη του Θεου μενει ἐπ᾽ αὐτον. (XXII)

XXI

Ioannes in vincula coniectus

LUCAE III

19 Ὁ δε Ἡρωδης ὁ τετραρχης, ἐλεγχομενος ὑπ᾽ αὐτου περι Ἡρωδιαδος της γυναικος του ἀδελφου αὐτου, και περι παντων ὡν ἐποιησε πονηρων ὁ Ἡρωδης,

20 Προσεθηκε και τουτο ἐπι πασι, και κατεκλεισε τον Ἰωαννην ἐν τῃ φυλακῃ. (XIII)

XXII

Christi reditus in Galilaeam

MARCI I

14 Μετα δε το παραδοθηναι τον Ἰωαννην,... (XXIV)

MATTHAEI IV

12 Ἀκουσας δε ὁ Ἰησους, ὁτι Ἰωαννης παρεδοθη, ... (XXIV)

IOANNIS IV

1 Ὡς οὐν ἐγνω ὁ κυριος, ὁτι ἠκουσαν οἱ Φαρισαιοι, ὁτι Ἰησους πλειονας μαθητας ποιει και βαπτιζει, ἠ Ἰωαννης·

2 (Καιτοιγε Ἰησους αὐτος οὐκ ἐβαπτιζεν, ἀλλ᾽ οἱ μαθηται αὐτου·)

3 Ἀφηκε την Ἰουδαιαν, και ἀπηλθε παλιν εἰς την Γαλιλαιαν.

XXIII

Mulier Samaritana

IOANNIS IV

4 Ἐδει δε αὐτον διερχεσθαι δια της Σαμαρειας.

5 Ἐρχεται οὐν εἰς πολιν της Σαμαρειας, λεγομενην Σιχαρ, πλησιον του χωριου, ὁ ἐδωκεν Ἰακωβ Ἰωσηφ τῳ υἱῳ αὐτου.

6 Ἠν δε ἐκει πηγη του Ἰακωβ. Ὁ οὐν Ἰησους κεκοπιακως ἐκ της ὁδοιποριας, ἐκαθεζετο οὑτως ἐπι τῃ πηγῃ· ὡρα ἠν ὡσει ἑκτη.

23 Erat autem et Ioannes baptizans in Aennon, iuxta Salim: quia aquae multae erant illic, et veniebant, et baptizabantur.
24 Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.
25 Facta est autem quaestio ex discipulis Ioannis cum Iudaeis de Purificatione:
26 Et venerunt ad Ioannem, et dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, et omnes veniunt ad eum.
27 Respondit Ioannes, et dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de caelo.
28 Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum.
29 Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.
30 Illum oportet crescere, me autem minui.
31 Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur. Qui de caelo venit, super omnes est.
32 Et quod vidit, et audivit, hoc testatur: et testimonium eius nemo accipit.
33 Qui accepit eius testimonium, signavit quia Deus verax est.
34 Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum.
35 Pater diligit Filium: et omnia dedit in manu eius.
36 Qui credit in Filium, habet vitam aeternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. (XXII)

XXI

Ioannes in vincula coniectus

LUCAE III

19 Herodes autem tetrarcha, cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, et de omnibus malis, quae fecit Herodes,
20 Adiecit et hoc super omnia, et inclusit Ioannem in carcere. (XIII)

XXII

Christi reditus in Galilaeam

MARCI I

14 Postquam autem traditus est Ioannes, ... (XXIV)

MATTHAEI IV

12 Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, ... (XXIV)

IOANNIS IV

1 Ut ergo cognovit Iesus, quia audierunt Pharisaei quod Iesus plures discipulos facit, et baptizat, quam Ioannes,
2 (Quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius)
3 Reliquit Iudaeam, et abiit iterum in Galilaeam.

XXIII

Mulier Samaritana

IOANNIS IV

4 Oportebat autem eum transire per Samariam.
5 Venit ergo in civitatem Samariae, quae dicitur Sichar: iuxta praedium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.
6 Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.

7 Ἐρχεται γυνη ἐκ της Σαμαρειας, ἀντλησαι ὑδωρ. Λεγει αὐτῃ ὁ Ἰησους· Δος μοι πιειν.

8 (Οἱ γαρ μαθηται αὐτου ἀπεληλυθεισαν εἰς την πολιν, ἱνα τροφας ἀγορασωσι.)

9 Λεγει οὐν αὐτῳ ἡ γυνη ἡ Σαμαρειτις· Πως συ, Ἰουδαιος ὠν, παρ' ἐμου πιειν αἰτεις, οὐσης γυναικος Σαμαρειτιδος; (Οὐ γαρ συγχρωνται Ἰουδαιοι Σαμαρειταις.)

10 Ἀπεκριθη Ἰησους και εἰπεν αὐτῃ· Εἰ ᾐδεις την δωρεαν του Θεου, και τις ἐστιν ὁ λεγων σοι· Δος μοι πιειν· συ ἀν ᾐτησας αὐτον, και ἐδωκεν ἀν σοι ὑδωρ ζων.

11 Λεγει αὐτῳ ἡ γυνη· Κυριε, οὐτε ἀντλημα ἐχεις, και το φρεαρ ἐστι βαθυ· ποθεν οὐν ἐχεις το ὑδωρ το ζων;

12 Μη συ μειζων εἰ του πατρος ἡμων Ἰακωβ; ὁς ἐδωκεν ἡμιν το φρεαρ, και αὐτος ἐξ αὐτου ἐπιε, και οἱ υἱοι αὐτου, και τα θρεμματα αὐτου.

13 Ἀπεκριθη Ἰησους και εἰπεν αὐτῃ· Πας ὁ πινων ἐκ του ὑδατος τουτου, διψησει παλιν·

14 Ὁς δ' ἀν πιῃ ἐκ του ὑδατος, οὑ ἐγω δωσω αὐτῳ, οὐ μη διψησῃ εἰς τον αἰωνα· ἀλλα το ὑδωρ, ὁ δωσω αὐτῳ, γενησεται ἐν αὐτῳ πηγη ὑδατος ἀλλομενου εἰς ζωην αἰωνιον.

15 Λεγει προς αὐτον ἡ γυνη· Κυριε, δος μοι τουτο το ὑδωρ, ἱνα μη διψω, μηδε ἐρχωμαι ἐνθαδε ἀντλειν.

16 Λεγει αὐτῃ ὁ Ἰησους· Ὑπαγε, φωνησον τον ἀνδρα σου, και ἐλθε ἐνθαδε.

17 Ἀπεκριθη ἡ γυνη και εἰπεν· Οὐκ ἐχω ἀνδρα. Λεγει αὐτῃ ὁ Ἰησους· Καλως εἰπας· Ὁτι ἀνδρα οὐκ ἐχω.

18 Πεντε γαρ ἀνδρας ἐσχες· και νυν ὁν ἐχεις, οὐκ ἐστι σου ἀνηρ· τουτο ἀληθες εἰρηκας.

19 Λεγει αὐτῳ ἡ γυνη· Κυριε, θεωρω, ὁτι προφητης εἰ συ.

20 Οἱ πατερες ἡμων ἐν τῳ ὀρει τουτῳ προσεκυνησαν· και ὑμεις λεγετε, ὁτι ἐν Ἱεροσολυμοις ἐστιν ὁ τοπος, ὁπου δει προσκυνειν.

21 Λεγει αὐτῃ ὁ Ἰησους· Γυναι, πιστευσον μοι, ὁτι ἐρχεται ὡρα, ὁτε οὐτε ἐν τῳ ὀρει τουτῳ, οὐτε ἐν Ἱεροσολυμοις προσκυνησετε τῳ πατρι.

22 Ὑμεις προσκυνειτε ὁ οὐκ οἰδατε· ἡμεις προσκυνουμεν ὁ οἰδαμεν· ὁτι ἡ σωτηρια ἐκ των Ἰουδαιων ἐστιν.

23 Ἀλλ' ἐρχεται ὡρα, και νυν ἐστιν, ὁτε οἱ ἀληθινοι προσκυνηται προσκυνησουσι τῳ πατρι ἐν πνευματι και ἀληθειᾳ· και γαρ ὁ πατηρ τοιουτους ζητει τους προσκυνουντας αὐτον.

24 Πνευμα ὁ Θεος· και τους προσκυνουντας αὐτον, ἐν πνευματι και ἀληθειᾳ δει προσκυνειν.

25 Λεγει αὐτῳ ἡ γυνη· Οἰδα, ὁτι Μεσσιας ἐρχεται· (ὁ λεγομενος Χριστος·) ὁταν ἐλθῃ ἐκεινος, ἀναγγελει ἡμιν παντα.

26 Λεγει αὐτῃ ὁ Ἰησους· Ἐγω εἰμι, ὁ λαλων σοι.

27 Και ἐπι τουτῳ ἠλθον οἱ μαθηται αὐτου, και ἐθαυμαζον, ὁτι μετα γυναικος ἐλαλει. Οὐδεις μεντοι εἰπε· Τι ζητεις; ἠ, τι λαλεις μετ' αὐτης;

28 Ἀφηκεν οὐν την ὑδριαν αὐτης ἡ γυνη, και ἀπηλθεν εἰς την πολιν, και λεγει τοις ἀνθρωποις·

29 Δευτε, ἰδετε ἀνθρωπον, ὁς εἰπε μοι παντα ὁσα ἐποιησα· μητι οὑτος ἐστιν ὁ Χριστος;

30 Ἐξηλθον οὐν ἐκ της πολεως, και ἠρχοντο προς αὐτον.

31 Ἐν δε τῳ μεταξυ ἠρωτων αὐτον οἱ μαθηται, λεγοντες· Ῥαββι, φαγε.

32 Ὁ δε εἰπεν αὐτοις· Ἐγω βρωσιν ἐχω φαγειν, ἡν ὑμεις οὐκ οἰδατε.

33 Ἐλεγον οὐν οἱ μαθηται προς ἀλληλους· Μητις ἠνεγκεν αὐτῳ φαγειν;

34 Λεγει αὐτοις ὁ Ἰησους· Ἐμον βρωμα ἐστιν, ἱνα ποιω το θελημα του πεμψαντος με, και τελειωσω αὐτου το ἐργον.

35 Οὐχ ὑμεις λεγετε, ὁτι ἐτι τετραμηνον ἐστι, και ὁ θερισμος ἐρχεται; Ἰδου, λεγω ὑμιν, ἐπαρατε τους ὀφθαλμους ὑμων, και θεασασθε τας χωρας, ὁτι λευκαι εἰσι προς θερισμον ἠδη.

36 Και ὁ θεριζων μισθον λαμβανει, και συναγει καρπον εἰς ζωην αἰωνιον· ἱνα και ὁ σπειρων ὁμου χαιρῃ, και ὁ θεριζων.

37 Ἐν γαρ τουτῳ ὁ λογος ἐστιν ὁ ἀληθινος, ὁτι ἀλλος ἐστιν ὁ σπειρων, και ἀλλος ὁ θεριζων.

38 Ἐγω ἀπεστειλα ὑμας θεριζειν ὁ οὐχ ὑμεις κεκοπιακατε· ἀλλοι κεκοπιακασι, και ὑμεις εἰς τον κοπον αὐτων εἰσεληλυθατε.

39 Ἐκ δε της πολεως ἐκεινης πολλοι ἐπιστευσαν εἰς αὐτον των Σαμαρειτων, δια τον λογον της γυναικος, μαρτυρουσης· Ὁτι εἰπε μοι παντα ὁσα ἐποιησα.

40 Ὡς οὐν ἠλθον προς αὐτον οἱ Σαμαρειται, ἠρωτων αὐτον μειναι παρ' αὐτοις· και ἐμεινεν ἐκει δυο ἡμερας.

41 Και πολλῳ πλειους ἐπιστευσαν δια τον λογον αὐτου.

42 Τῃ τε γυναικι ἐλεγον· Ὁτι οὐκετι δια την σην λαλιαν πιστευομεν· αὐτοι γαρ ἀκηκοαμεν, και οἰδαμεν, ὁτι οὑτος ἐστιν ἀληθως ὁ σωτηρ του κοσμου, ὁ Χριστος.

XXIV

Adventus in Galilaeam

MATTHAEI IV	MARCI I	LUCAE IV	IOANNIS IV
			43 Μετα δε τας δυο ἡμερας ἐξηλθεν ἐκειθεν,

7 Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere.
8 (Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent.)
9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me poscis, quae sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudaei Samaritanis.
10 Respondit Iesus, et dixit ei: Si scires donum Dei, et quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.
11 Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam?
12 Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii eius, et pecora eius?
13 Respondit Iesus, et dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum:
14 Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.
15 Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.
16 Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, et veni huc.
17 Respondit mulier, et dixit: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum:
18 Quinque enim viros habuisti, et nunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti.
19 Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu.
20 Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis; quia Ierosolymis est locus, ubi adorare oportet.
21 Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.
22 Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est.
23 Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quaerit, qui adorent eum.
24 Spiritus est Deus: et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.
25 Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, (qui dicitur Christus.) cum ergo venerit ille, nobis annunciabit omnia.
26 Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum.
27 Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quaeris, aut quid loqueris cum ea?
28 Reliquit ergo hydriam suam mulier, et abiit in civitatem, et dicit illis hominibus:
29 Venite, et videte hominem, qui dixit mihi omnia quaecumque feci: numquid ipse est Christus?
30 Exierunt ergo de civitate, et veniebant ad eum.
31 Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.
32 Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.
33 Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare?
34 Dicit eis Iesus: Meus cibus est ut faciam voluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius.
35 Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, et videte regiones, quia albae sunt iam ad messem.
36 Et qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in vitam aeternam: ut, et qui seminat, simul gaudeat, et qui metit.
37 In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, et alius est qui metit.
38 Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alii laboraverunt, et vos in labores eorum, introistis.
39 Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quaecumque feci.
40 Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.
41 Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius.
42 Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus, et scimus quia hic est vere Salvator mundi.

XXIV

Adventus in Galilaeam

MATTHAEI IV	MARCI I	LUCAE IV	IOANNIS IV
			43 Post duos autem dies exiit inde:

12 ... *ἀνεχωρησεν*	14 ... *ἠλθεν ὁ Ἰησους*	14 *Και ὑπεστρεψεν ὁ Ἰησους ἐν τη δυναμει του πνευματος*	*και ἀπηλθεν*
εἰς την Γαλιλαιαν. **(XXVII).**	*εἰς την Γαλιλαιαν,* ... **(XXVIII)**	*εἰς την Γαλιλαιαν·* ...	*εἰς την Γαλιλαιαν.*

IOANNIS IV

44 *Αὐτος γαρ ὁ Ἰησους ἐμαρτυρησεν, ὁτι προφητης ἐν τη ἰδια πατριδι τιμην οὐκ ἐχει.*
45 *Ὁτε οὐν ἠλθεν εἰς την Γαλιλαιαν, ἐδεξαντο αὐτον οἱ Γαλιλαιοι, παντα ἑωρακοτες ἁ ἐποιησεν ἐν Ἱεροσολυμοις ἐν τη ἑορτη· και αὐτοι γαρ ἠλθον εἰς την ἑορτην.*

LUCAE IV

14 ... *και φημη ἐξηλθε καθ' ὁλης της περιχωρου περι αὐτου.* **(XXVI)**

XXV

Reguli filius prope iam a morte restitutus

IOANNIS IV

46 *Ἠλθεν οὐν παλιν εἰς την Κανα της Γαλιλαιας, ὁπου ἐποιησε το ὑδωρ οἰνον. Και ἠν τις βασιλικος, οὑ ὁ υἱος ἠσθενει, ἐν Καπερναουμ.*
47 *Οὑτος ἀκουσας ὁτι Ἰησους ἡκει ἐκ της Ἰουδαιας εἰς την Γαλιλαιαν, ἀπηλθε προς αὐτον, και ἠρωτα αὐτον, ἱνα καταβῃ, και ἰασηται αὐτου τον υἱον· ἠμελλε γαρ ἀποθνησκειν.*
48 *Εἰπεν οὐν ὁ Ἰησους προς αὐτον· Ἐαν μη σημεια και τερατα ἰδητε, οὐ μη πιστευσητε.*
49 *Λεγει προς αὐτον ὁ βασιλικος· Κυριε, καταβηθι, πριν ἀποθανειν το παιδιον μου.*
50 *Λεγει αὐτῳ ὁ Ἰησους· Πορευου· ὁ υἱος σου ζῃ. Και ἐπιστευσεν ὁ ἀνθρωπος τῳ λογῳ ᾡ εἰπεν αὐτῳ Ἰησους, και ἐπορευετο.*
51 *Ἠδη δε αὐτου καταβαινοντος, οἱ δουλοι αὐτου ἀπηντησαν αὐτῳ, και ἀπηγγειλαν, λεγοντες· Ὁτι ὁ παις σου ζῃ.*
52 *Ἐπυθετο οὐν παρ' αὐτων την ὡραν, ἐν ᾑ κομψοτερον ἐσχε. Και εἰπον αὐτῳ· Ὁτι χθες ὡραν ἑβδομην ἀφηκεν αὐτον ὁ πυρετος.*
53 *Ἐγνω οὐν ὁ πατηρ, ὁτι ἐν ἐκεινῃ τῃ ὡρᾳ, ἐν ᾑ εἰπεν αὐτῳ ὁ Ἰησους· Ὁτι ὁ υἱος σου ζῃ. Και ἐπιστευσεν αὐτος, και ἡ οἰκια αὐτου ὁλη.*
54 *Τουτο παλιν δευτερον σημειον ἐποιησεν ὁ Ἰησους, ἐλθων ἐκ της Ἰουδαιας εἰς την Γαλιλαιαν.* **(LIII)**

XXVI

Christus in synagogis Galilaeae et Nazarethi

LUCAE IV

15 *Και αὐτος ἐδιδασκεν ἐν ταις συναγωγαις αὐτων, δοξαζομενος ὑπο παντων.*
16 *Και ἠλθεν εἰς την Ναζαρετ, οὑ ἠν τεθραμμενος· και εἰσηλθε, κατα το εἰωθος αὐτῳ, ἐν τῃ ἡμερᾳ των σαββατων εἰς την συναγωγην· και ἀνεστη ἀναγνωναι.*
17 *Και ἐπεδοθη αὐτῳ βιβλιον Ἡσαιου του προφητου· και ἀναπτυξας το βιβλιον, εὑρε τον τοπον, οὑ ἠν γεγραμμενον·*
18 *Πνευμα κυριου ἐπ' ἐμε· οὑ εἱνεκεν ἐχρισε με εὐαγγελισασθαι πτωχοις, ἀπεσταλκε με ἰασασθαι τους συντετριμμενους την καρδιαν,*
19 *Κηρυξαι αἰχμαλωτοις ἀφεσιν, και τυφλοις ἀναβλεψιν, ἀποστειλαι τεθραυσμενους ἐν ἀφεσει, κηρυξαι ἐνιαυτον κυριου δεκτον.*
20 *Και πτυξας το βιβλιον, ἀποδους τῳ ὑπηρετῃ, ἐκαθισε· και παντων ἐν τῃ συναγωγῃ οἱ ὀφθαλμοι ἠσαν ἀτενιζοντες αὐτῳ·*
21 *Ἠρξατο δε λεγειν προς αὐτους· Ὁτι σημερον πεπληρωται ἡ γραφη αὑτη ἐν τοις ὠσιν ὑμων.*
22 *Και παντες ἐμαρτυρουν αὐτῳ, και ἐθαυμαζον ἐπι τοις λογοις της χαριτος, τοις ἐκπορευομενοις ἐκ του στοματος αὐτου, και ἐλεγον· Οὐχ οὑτος ἐστιν ὁ υἱος Ἰωσηφ;*
23 *Και εἰπε προς αὐτους· Παντως ἐρειτε μοι την παραβολην ταυτην· Ἰατρε, θεραπευσον σεαυτον· ὁσα ἠκουσαμεν γενομενα εἰς Καπερναουμ, ποιησον και ὡδε ἐν τῃ πατριδι σου.*
24 *Εἰπε δε· Ἀμην λεγω ὑμιν, ὁτι οὐδεις προφητης δεκτος ἐστιν ἐν τῃ πατριδι αὐτου.*

12 ... secessit in Galilaeam: (XXVII)	14 ... venit Iesus in Galilaeam, ... (XXVIII)	14 Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilaeam, ...	et abiit in Galilaeam.

IOANNIS IV

44 Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet.
45 Cum ergo venisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum omnia vidissent quae fecerat Ierosolymis in die festo: et ipsi enim venerant ad diem festum.

LUCAE IV

14 ... et fama exiit per universam regionem de illo. (XXVI)

XXV

Reguli filius prope iam a morte restitutus

IOANNIS IV

46 Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.
47 Hic cum audisset quia Iesus adveniret a Iudaea in Galilaeam, abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium eius: incipiebat enim mori.
48 Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.
49 Dicit ad eum regulus: Domine descende prius quam moriatur filius meus.
50 Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, et ibat.
51 Iam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, et nunciaverunt dicentes, quia filius eius viveret.
52 Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris.
53 Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus vivit: et credidit ipse, et domus eius tota.
54 Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudaea in Galilaeam. (LIII)

XXVI

Christus in synagogis Galilaeae et Nazarethi

LUCAE IV

15 Et ipse docebat in synagogis eorum, et magnificabatur ab omnibus.
16 Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, et surrexit legere.
17 Et traditus est illi Liber Isaiae prophetae, Et ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat:
18 Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde,
19 Praedicare captivis remissionem, et caecis visum, dimittere confractos in remissionem, praedicare annum Domini acceptum, et diem retributionis.
20 Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.
21 Coepit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris.
22 Et omnes testimonium illi dabant: et mirabantur in verbis gratiae, quae procedebant de ore ipsius, et dicebant: Nonne hic est filius Ioseph?
23 Et ait illis: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua.
24 Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.

25 *Ἐπ᾽ ἀληθειας δε λεγω ὑμιν, πολλαι χηραι*
ἠσαν ἐν ταις ἡμεραις Ἠλιου ἐν τῳ Ἰσραηλ, ὁτε
ἐκλεισθη ὁ οὐρανος ἐπι ἐτη τρια και μηνας ἑξ, ὡς
ἐγενετο λιμος μεγας ἐπι πασαν την γην·
26 *Και προς οὐδεμιαν αὐτων ἐπεμφθη Ἠλιας,*
εἰ μη εἰς Σαρεπτα της Σιδωνος, προς γυναικα
χηραν.
27 *Και πολλοι λεπροι ἠσαν ἐπι Ἐλισσαιου του*
προφητου ἐν τῳ Ἰσραηλ· και οὐδεις αὐτων ἐκαθα-
ρισθη, εἰ μη Νεεμαν ὁ Συρος.
28 *Και ἐπλησθησαν παντες θυμου ἐν τῃ συνα*
γωγῃ, ἀκουοντες ταυτα.
29 *Και ἀναστantες ἐξεβαλον αὐτον ἐξω της*
πολεως· και ἠγαγον αὐτον ἑως ὀφρυος του ὀρους,
ἐφ᾽ οὑ ἡ πολις αὐτων ᾠκοδομητο, ὡστε κατακρημνι
σαι αὐτον·

XXVII

Iter Nazaretho Capharnaum

MATTHAEI IV	LUCAE IV
	30 *Αὐτος δε διελθων δια μεσου αὐτων ἐπορευετο.*
13 *Και καταλιπων την Ναζαρετ,*	31 *Και*
ἐλθων	*κατηλθεν*
κατῳκησεν	
εἰς Καπερναουμ	*εἰς Καπερναουμ,*
την παραθαλασσιαν,	
	πολιν της Γαλιλαιας· ... **(XXIX)**
ἐν ὁριοις Ζαβουλων και Νεφθαλειμ·	

MATTHAEI IV

14 *Ἱνα πληρωθῃ το ῥηθεν δια Ἡσαιου του*
προφητου, λεγοντος·
15 *Γη Ζαβουλων και γη Νεφθαλειμ, ὁδον θαλασ-*
σης περαν του Ἰορδανου, Γαλιλαια των ἐθνων,
16 *Ὁ λαος ὁ καθημενος ἐν σκοτει, εἰδε φως*
μεγα· και τοις καθημενοις ἐν χωρᾳ και σκιᾳ θανα-
του, φως ἀνετειλεν αὐτοις.

XXVIII

Christus praedicans in Galilaea. Petrus, Andreas, Iacobus, et Ioannes a Christo vocati

MATTHAEI IV	MARCI I
17 *Ἀπο τοτε ἠρξατο ὁ Ἰησους κηρυσσειν,*	14 ... *κηρυσσων*
	το εὐαγγελιον της βασιλειας του θεου,
και λεγειν·	15 *Και λεγων·*
	Ὁτι πεπληρωται ὁ καιρος,
Μετανοειτε· ἠγγικε γαρ ἡ βασιλεια των οὐρανων.	*και ἠγγικεν ἡ βασιλεια του θεου· μετανοειτε,*
	και πιστευετε ἐν τῳ εὐαγγελιῳ.
18 *Περιπατων δε ὁ Ἰησους παρα την θαλασσαν*	16 *Περιπατων δε παρα την θαλασσαν*
της Γαλιλαιας, εἰδε	*της Γαλιλαιας, εἰδε*
δυο ἀδελφους,	
Σιμωνα	*Σιμωνα*
τον λεγομενον Πετρον,	
και Ἀνδρεαν τον ἀδελφον αὐτου, βαλλοντας ἀμφιβλη-	*και Ἀνδρεαν τον ἀδελφον αὐτου, βαλλοντας ἀμφιβλη-*
στρον εἰς την θαλασσαν· ἠσαν γαρ ἁλιεις.	*στρον ἐν τῃ θαλασσῃ· ἠσαν γαρ ἁλιεις.*
19 *Και λεγει αὐτοις·*	17 *Και εἰπεν αὐτοις ὁ Ἰησους·*
Δευτε ὀπισω μου, και ποιησω ὑμας	*Δευτε ὀπισω μου, και ποιησω ὑμας*
	γενεσθαι
ἁλιεις ἀνθρωπων.	*ἁλιεις ἀνθρωπων.*
20 *Οἱ δε εὐθεως ἀφεντες τα δικτυα,*	18 *Και εὐθεως ἀφεντες τα δικτυα αὐτων*
ἠκολουθησαν αὐτῳ.	*ἠκολουθησαν αὐτῳ.*
21 *Και προβας ἐκειθεν,*	19 *Και προβας ἐκειθεν*
	ὀλιγον,
εἰδεν	*εἰδεν*

25 In veritate dico vobis, multae viduae erant in diebus Eliae in Israel, quando clausum est caelum annis tribus, et mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra:
26 Et ad nullum illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniae, ad mulierem viduam.
27 Et multi leprosi erant in Israel sub Elisaeo propheta: et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.
28 Et repleti sunt omnes in synagoga ira, haec audientes:
29 Et surrexerunt, et eiecerunt illum extra civitatem: et duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat aedificata ut praecipitarent eum.

XXVII

Iter Nazaretho Capharnaum

MATTHAEI IV

13 Et, relicta civitate Nazareth,
venit,
et habitavit
in Capharnaum
maritima,
in finibus Zabulon, et Nephthalim:

LUCAE IV

30 Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.
31 Et
descendit
in Capharnaum
civitatem Galilaeae, ... (XXIX)

MATTHAEI IV

14 Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam:
15 Terra Zabulon, et terra Nephthalim, via maris trans Iordanem, Galilaea gentium
16 Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: et sedentibus in regione umbrae mortis, lux orta est eis.

XXVIII

Christus praedicans in Galilaea. Petrus, Andreas, Iacobus, et Ioannes a Christo vocati

MATTHAEI IV

17 Exinde coepit Iesus praedicare,
et dicere:
Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum.
18 Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilaeae,
vidit
duos fratres,
Simonem,
qui vocatur Petrus,
et Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim piscatores)
19 Et ait illis:
Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum.
20 At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.
21 Et procedens inde,
vidit

MARCI I

14 ... praedicans Evangelium regni Dei,
15 Et dicens:
Quoniam impletum est tempus,
et appropinquavit regnum Dei: poenitemini,
et credite Evangelio.
16 Et praeteriens secus Mare Galilaeae,
vidit
Simonem,
et Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores)
17 Et dixit eis Iesus:
Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum.
18 Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum.
19 Et progressus inde
pusillum,
vidit

ἀλλους δυο ἀδελφους,
Ἰακωβον τον του Ζεβεδαιου, και Ἰωαννην τον ἀδελφον αὐτου,

ἐν τῳ πλοιῳ
μετα Ζεβεδαιου του πατρος αὐτων,
καταρτιζοντας τα δικτυα αὐτων·
και ἐκαλεσεν αὐτους.
22 *Οἱ δε εὐθεως ἀφεντες*
το πλοιον και τον πατερα αὐτων

ἠκολουθησαν αὐτῳ. (XXXII)

Ἰακωβον τον του Ζεβεδαιου, και Ἰωαννην τον ἀδελφον αὐτου,
και αὐτους
ἐν τῳ πλοιῳ

καταρτιζοντας τα δικτυα·
20 *Και εὐθεως ἐκαλεσεν αὐτους.*
Και ἀφεντες
τον πατερα αὐτων Ζεβεδαιον ἐν τῳ πλοιῳ
μετα των μισθωτων,
ἀπηλθον ὀπισω αὐτου.

XXIX

Ingressus Capharnaum. Christus ibi docens in synagoga. Daemoniacus

MARCI I

21 *Και εἰσπορευονται εἰς Καπερναουμ·*
και εὐθεως ——
εἰσελθων εἰς την συναγωγην,
ἐδιδασκε [*τοις σαββασιν*].
22 *Και ἐξεπλησσοντο ἐπι τῃ διδαχῃ αὐτου·*
ἠν γαρ διδασκων αὐτους ὡς ἐξουσιαν ἐχων,
και οὐχ ὡς οἱ γραμματεις.
23 *Και ἠν ἐν τῃ συναγωγῃ αὐτων ἀνθρωπος*
ἐν πνευματι ἀκαθαρτῳ, και ἀνεκραξε,

24 *Λεγων· Ἐα, τι ἡμιν και σοι, Ἰησου Ναζαρηνε;*
ἠλθες ἀπολεσαι ἡμας· οἰδα σε τις εἰ, ὁ ἁγιος του θεου.
25 *Και ἐπετιμησεν αὐτῳ ὁ Ἰησους, λεγων·*
Φιμωθητι, και ἐξελθε ἐξ αὐτου.
26 *Και σπαραξαν αὐτον το πνευμα το ἀκαθαρτον,*
και κραξαν φωνῃ μεγαλῃ,
ἐξηλθεν ἐξ αὐτου.

27 *Και ἐθαμβηθησαν παντες,*
ὡστε συζητειν προς αὐτους, λεγοντας·
Τι ἐστι τουτο;
τις ἡ διδαχη ἡ καινη αὑτη;
ὁτι κατ᾽ ἐξουσιαν και τοις πνευμασι τοις ἀκαθαρτοις ἐπιτασσει,
και ὑπακουουσιν αὐτῳ;

28 *Ἐξηλθε δε ἡ ἀκοη αὐτου εὐθυς εἰς ὁλην την περιχωρον της Γαλιλαιας.*

LUCAE IV

31 ... *και*

ἠν διδασκων αὐτους ἐν τοις σαββασι.
32 *Και ἐξεπλησσοντο ἐπι τῃ διδαχῃ αὐτου:*
ὁτι ἐν ἐξουσιᾳ ἠν ὁ λογος αὐτου.

33 *Και ἐν τῃ συναγωγῃ ἠν ἀνθρωπος*
ἐχων πνευμα δαιμονιου ἀκαθαρτου, και ἀνεκραξε
φωνῃ μεγαλῃ,
34 *Λεγων· Ἐα, τι ἡμιν και σοι, Ἰησου Ναζαρηνε;*
ἠλθες ἀπολεσαι ἡμας· οἰδα σε τις εἰ, ὁ ἁγιος του θεου.
35 *Και ἐπετιμησεν αὐτῳ ὁ Ἰησους, λεγων·*
Φιμωθητι, και ἐξελθε ἐξ αὐτου.
και ῥιψαν αὐτον το δαιμονιον εἰς μεσον,

ἐξηλθεν ἀπ᾽ αὐτου,
μηδεν βλαψαν αὐτον.
36 *Και ἐγενετο θαμβος ἐπι παντας·*
και συνελαλουν προς ἀλληλους, λεγοντες·
Τις ὁ λογος οὑτος,

ὁτι ἐν ἐξουσιᾳ και δυναμει ἐπιτασσει τοις ἀκαθαρτοις πνευμασι,

και ἐξερχονται;
37 *Και ἐξεπορευετο ἠχος περι αὐτου εἰς παντα τοπον της περιχωρου.*

XXX

Petri socrui aliisque sanitas reddita

MATTHAEI VIII

MARCI I

29 *Και εὐθεως,*
ἐκ της συναγωγης
ἐξελθοντες,

LUCAE IV

38 *Ἀναστας δε*

ἐκ της συναγωγης,

alios duos fratres,	
Iacobum Zebedaei, et Ioannem fratrem eius	Iacobum Zebedaei, et Ioannem fratrem eius,
in navi cum Zebedaeo patre eorum,	
reficientes retia sua:	et ipsos componentes retia in navi:
et vocavit eos.	20 Et statim vocavit illos.
22 Illi autem statim relictis retibus	
et patre,	Et relicto patre suo Zebedaeo
	in navi cum mercenariis,
secuti sunt eum. (XXXII)	secuti sunt eum.

XXIX

Ingressus Capharnaum. Christus ibi docens in synagoga. Daemoniacus

MARCI I	LUCAE IV
21 Et ingrediuntur Capharnaum:	
et statim ——	31 . . . ibique
ingressus in synagogam,	
docebat eos [sabbatis].	docebat illos sabbatis.
22 Et stupebant super doctrina eius:	32 Et stupebant in doctrina eius,
erat enim docens eos, quasi potestatem habens,	quia in potestate erat sermo ipsius.
et non sicut Scribae.	
23 Et erat in synagoga eorum homo	33 Et in synagoga erat homo
in spiritu immundo: et exclamavit,	habens daemonium immundum, et exclamavit
	voce magna,
24 Dicens:	34 Dicens:
	Sine,
Quid nobis, et tibi Iesu Nazarene: venisti perdere	Quid nobis, et tibi Iesu Nazarene? venisti perdere
nos? scio qui sis, Sanctus Dei.	nos? scio te qui sis, Sanctus Dei.
25 Et comminatus est ei Iesus, dicens:	35 Et increpavit illum Iesus, dicens:
Obmutesce, et exi de homine.	Obmutesce, et exi ab eo.
26 Et discerpens eum spiritus immundus,	Et cum proiecisset illum daemonium in medium,
et exclamans voce magna	
exiit ab eo.	exiit ab illo,
	nihilque illum nocuit.
27 Et mirati sunt omnes,	36 Et factus est pavor in omnibus,
ita ut conquirerent inter se dicentes:	et colloquebantur ad invicem, dicentes:
Quidnam est hoc?	Quod est hoc verbum,
quaenam doctrina haec nova?	
quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat,	quia in potestate et virtute imperat immundis spiritibus,
et obediunt ei.	
	et exeunt?
28 Et processit rumor eius statim in omnem	37 Et divulgabatur fama de illo in omnem
regionem Galilaeae.	locum regionis.

XXX

Petri socrui aliisque sanitas reddita

MATTHAEI VIII	MARCI I	LUCAE IV
		38 Surgens autem Iesus
	29 Et protinus egredientes	
	e synagoga,	de synagoga,

14 *Και ἐλθων ὁ Ἰησους εἰς την οἰκιαν Πετρου,*	*ἠλθον εἰς την οἰκιαν Σιμωνος και Ἀνδρεου, μετα Ἰακωβου και Ἰωαννου.*	*εἰσηλθεν εἰς την οἰκιαν Σιμωνος.*
εἰδε την πενθεραν αὐτου βεβλημενην και πυρεσσουσαν.	30 *Ἡ δε πενθερα Σιμωνος κατεκειτο πυρεσσουσα· και εὐθεως λεγουσιν αὐτῳ περι αὐτης.* 31 *Και προσελθων*	*Ἡ πενθερα δε του Σιμωνος ἠν συνεχομενη πυρετῳ μεγαλῳ· και ἠρωτησαν αὐτον περι αὐτης.*
		39 *Και ἐπιστας ἐπανω αὐτης, ἐπετιμησε τῳ πυρετῳ·*
15 *Και ἡψατο της χειρος αὐτης, και ἀφηκεν αὐτην ὁ πυρετος·*	*ἠγειρεν αὐτην, κρατησας της χειρος αὐτης· και ἀφηκεν αὐτην ὁ πυρετος εὐθεως·*	*και ἀφηκεν αὐτην.*
και ἠγερθη, και διηκονει αὐτοις.	*και διηκονει αὐτοις.*	*Παραχρημα δε ἀναστασα διηκονει αὐτοις.*
16 *Ὀψιας δε γενομενης,*	32 *Ὀψιας δε γενομενης, ὁτε ἐδυ ὁ ἡλιος,*	40 *Δυνοντος δε του ἡλιου, παντες ὁσοι εἰχον ἀσθενουντας νοσοις ποικιλαις,*
προσηνεγκαν αὐτῳ δαιμονιζομενους πολλους. —	*ἐφερον προς αὐτον παντας τους κακως ἐχοντας, και τους δαιμονιζομενους·* 33 *Και ἡ πολις ὁλη ἐπισυνηγμενη ἠν προς την θυραν.*	*ἠγαγον αὐτους προς αὐτον·*
		ὁ δε ἑνι ἑκαστῳ αὐτων τας χειρας ἐπιθεις, ἐθεραπευσεν αὐτους.
και παντας τους κακως ἐχοντας ἐθεραπευσεν, [και ἐξεβαλε τα πνευματα λογῳ]·	34 *Και ἐθεραπευσε πολλους κακως ἐχοντας ποικιλαις νοσοις· και δαιμονια πολλα ἐξεβαλε,*	
		41 *Ἐξηρχετο δε και δαιμονια ἀπο πολλων, κραζοντα και λεγοντα· Ὁτι συ εἰ ὁ υἱος του Θεου. Και ἐπιτιμων*
	και οὐκ ἠφιε λαλειν τα δαιμονια, ὁτι ᾐδεισαν αὐτον.	*οὐκ εἰα αὐτα λαλειν, ὁτι ᾐδεισαν, τον Χριστον αὐτον εἰναι.*
17 *Ὁπως πληρωθῃ το ῥηθεν δια Ἡσαιου του προφητου, λεγοντος· Αὐτος τας ἀσθενειας ἡμων ἐλαβε, και τας νοσους ἐβαστασεν.* **(LXI)**		

XXXI

Discessus Capharnaumo

MARCI I	LUCAE IV
35 *Και πρωι, ἐννυχον λιαν, ἀναστας ἐξηλθε, και ἀπηλθεν εἰς ἐρημον τοπον, κἀκει προσηυχετο.*	42 *Γενομενης δε ἡμερας, ἐξελθων ἐπορευθη εἰς ἐρημον τοπον· . . .*

MARCI I

36 *Και κατεδιωξαν αὐτον ὁ Σιμων, και οἱ μετ' αὐτου.*	37 *Και εὑροντες αὐτον, λεγουσιν αὐτῳ· Ὁτι παντες ζητουσι σε.*

14 Et cum venisset Iesus in domum Petri,	venerunt in domum Simonis, et Andreae cum Iacobo, et Ioanne.	introivit in domum Simonis.
vidit socrum eius iacentem, et febricitantem:	30 Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: et statim dicunt ei de illa.	Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: et rogaverunt illum pro ea.
	31 Et accedens	39 Et stans super illam imperavit febri:
15 Et tetigit manum eius, et	elevavit eam, apprehensa manu eius: et	et
dimisit eam febris, et	continuo dimisit eam febris, et	dimisit illam. Et continuo
surrexit, et ministrabat eis.	ministrabat eis.	surgens, ministrabat illis.
16 Vespere autem facto,	32 Vespere autem facto cum occidisset sol,	40 Cum autem sol occidisset: omnes, qui habebant infirmos variis languoribus,
obtulerunt ei multos daemonia habentes: —	afferebant ad eum omnes male habentes, et daemonia habentes: 33 Et erat omnis civitas congregata ad ianuam.	ducebant illos ad eum.
et omnes male habentes curavit:	34 Et curavit multos, qui vexabantur variis languoribus,	At ille singulis manus imponens, curabat eos.
[et eiiciebat spiritus verbo:]	et daemonia multa eiiciebat,	41 Exibant autem daemonia a multis clamantia, et dicentia: Quia tu es filius Dei:
	et non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.	et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse Christum.
17 Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: et aegrotationes nostras portavit. (LXI)		

XXXI

Discessus Capharnaumo

MARCI I	LUCAE IV
35 Et diluculo valde surgens,	42 Facta autem die
egressus abiit in desertum locum, ibique orabat.	egressus ibat in desertum locum, . . .

MARCI I

36 Et prosecutus est eum Simon, et qui cum illo erant.	37 Et cum invenissent eum, dixerunt ei: Quia omnes quaerunt te.

MARCI I

38 *Και λεγει αὐτοις· Ἀγωμεν εἰς τας ἐχομενας κωμοπολεις, ἱνα και ἐκει κηρυξω· εἰς τουτο γαρ ἐξεληλυθα.*

LUCAE IV

42 . . . *και οἱ ὀχλοι ἐπεζητουν αὐτον, και ἠλθον ἑως αὐτου, και κατειχον αὐτον του μη πορευεσθαι ἀπ᾽ αὐτων.*

43 *Ὁ δε εἰπε προς αὐτους· Ὁτι και ταις ἑτεραις πολεσιν εὐαγγελισασθαι με δει την βασιλειαν του Θεου·*

ὁτι εἰς τουτο ἀπεσταλμαι.

XXXII

Christus praedicans in synagogis Galilaeae

MATTHAEI IV

23 *Και περιηγεν ὁλην την Γαλιλαιαν ὁ Ἰησους, διδασκων ἐν ταις συναγωγαις αὐτων, και κηρυσσων το εὐαγγελιον της βασιλειας, και θεραπευων πασαν νοσον και πασαν μαλακιαν ἐν τῳ λαῳ.*
(XXXIV)

MARCI I

39 *Και ἠν κηρυσσων ἐν ταις συναγωγαις αὐτων, εἰς ὁλην την Γαλιλαιαν,*

και τα δαιμονια ἐκβαλλων.
(XXXVI)

LUCAE IV

44 *Και ἠν κηρυσσων ἐν ταις συναγωγαις της Γαλιλαιας.*

XXXIII

Prodigiosus piscatus

LUCAE V

1 *Ἐγενετο δε ἐν τῳ τον ὀχλον ἐπικεισθαι αὐτῳ του ἀκουειν τον λογον του Θεου, και αὐτος ἠν ἑστως παρα την λιμνην Γεννησαρετ·*

2 *Και εἰδε δυο πλοια ἑστωτα παρα την λιμνην· οἱ δε ἁλιεις ἀποβαντες ἀπ᾽ αὐτων, ἀπεπλυναν τα δικτυα.*

3 *Ἐμβας δε εἰς ἑν των πλοιων, ὁ ἠν του Σιμωνος, ἠρωτησεν αὐτον ἀπο της γης ἐπαναγαγειν ὀλιγον· και καθισας ἐδιδασκεν ἐκ του πλοιου τους ὀχλους.*

4 *Ὡς δε ἐπαυσατο λαλων, εἰπε προς τον Σιμωνα· Ἐπαναγαγε εἰς το βαθος, και χαλασατε τα δικτυα ὑμων εἰς ἀγραν.*

5 *Και ἀποκριθεις ὁ Σιμων εἰπεν αὐτῳ· Ἐπιστατα, δι᾽ ὁλης της νυκτος κοπιασαντες, οὐδεν ἐλαβομεν· ἐπι δε τῳ ῥηματι σου χαλασω το δικτυον.*

6 *Και τουτο ποιησαντες, συνεκλεισαν πληθος ἰχθυων πολυ· διεῤῥηγνυτο δε το δικτυον αὐτων.*

7 *Και κατενευσαν τοις μετοχοις τοις ἐν τῳ ἑτερῳ πλοιῳ, του ἐλθοντας συλλαβεσθαι αὐτοις· και ἠλθον, και ἐπλησαν ἀμφοτερα τα πλοια, ὡστε βυθιζεσθαι αὐτα.*

8 *Ἰδων δε Σιμων Πετρος, προσεπεσε τοις γονασι του Ἰησου, λεγων· Ἐξελθε ἀπ᾽ ἐμου, ὁτι ἀνηρ ἁμαρτωλος εἰμι, κυριε.*

9 *Θαμβος γαρ περιεσχεν αὐτον και παντας τους συν αὐτῳ, ἐπι τῃ ἀγρᾳ των ἰχθυων, ᾗ συνελαβον·*

10 *Ὁμοιως δε και Ἰακωβον και Ἰωαννην, υἱους Ζεβεδαιου, οἱ ἠσαν κοινωνοι τῳ Σιμωνι. Και εἰπε προς τον Σιμωνα ὁ Ἰησους· Μη φοβου· ἀπο του νυν ἀνθρωπους ἐσῃ ζωγρων.*

11 *Και καταγαγοντες τα πλοια ἐπι την γην, ἀφεντες ἁπαντα, ἠκολουθησαν αὐτῳ.* **(XXXVI)**

XXXIV

Fama de Christo didita. Populi eum sequuti

MATTHAEI IV

24 *Και ἀπηλθεν ἡ ἀκοη αὐτου εἰς ὁλην την Συριαν· και προσηνεγκαν αὐτῳ παντας τους κακως ἐχοντας, ποικιλαις νοσοις και βασανοις συνεχομενους, και δαιμονιζομενους, και σεληνιαζομενους, και παραλυτικους· και ἐθεραπευσεν αὐτους.*

25 *Και ἠκολουθησαν αὐτῳ ὀχλοι πολλοι ἀπο της Γαλιλαιας, και Δεκαπολεως, και Ἱεροσολυμων, και Ἰουδαιας, και περαν του Ἰορδανου.*

MARCI I	LUCAE IV
	42 ... et turbae requirebant eum, et venerunt usque ad ipsum: et detinebant illum ne discederet ab eis. 43 Quibus ille ait: Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei:
38 Et ait illis: Eamus in proximos vicos, et civitates, ut et ibi praedicem: ad hoc enim veni.	quia ideo missus sum.

XXXII

Christus praedicans in synagogis Galilaeae

MATTHAEI IV	MARCI I	LUCAE IV
23 Et circuibat Iesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni: et sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo. (XXXIV)	39 Et erat praedicans in synagogis eorum, et in omni Galilaea, et daemonia eiiciens. (XXXVI)	44 Et erat praedicans in synagogis Galilaeae.

XXXIII

Prodigiosus piscatus

LUCAE V

1 Factum est autem, cum turbae irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth.
2 Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, et lavabant retia.
3 Ascendens autem in unam navim, quae erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.
4 Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam.
5 Et respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.
6 Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.
7 Et annuerunt sociis, qui erant in alia navi ut venirent, et adiuvarent eos. Et venerunt, et impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur.
8 Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.
9 Stupor enim circumdederat eum, et omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant:
10 Similiter autem Iacobum, et Ioannem, filios Zebedaei, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.
11 Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum. (XXXVI)

XXXIV

Fama de Christo didita. Populi eum sequuti

MATTHAEI IV

24 Et abiit opinio eius in totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, et tormentis comprehensos, et qui daemonia habebant, et lunaticos, et paralyticos, et curavit eos:
25 Et secutae sunt eum turbae multae de Galilaea, et Decapoli, et de Ierosolymis, et de Iudaea, et de trans Iordanem.

XXXV

Oratio in monte habita

MATTHAEI V

1 Ἰδων δε τους ὀχλους, ἀνεβη εἰς το ὀρος· και καθισαντος αὐτου, προσηλθον αὐτῳ οἱ μαθηται αὐτου.

2 Και ἀνοιξας το στομα αὐτου, ἐδιδασκεν αὐτους, λεγων·

3 Μακαριοι οἱ πτωχοι τῳ πνευματι· ὁτι αὐτων ἐστιν ἡ βασιλεια των οὐρανων.

4 Μακαριοι οἱ πενθουντες· ὁτι αὐτοι παρακληθησονται.

5 Μακαριοι οἱ πραεις· ὁτι αὐτοι κληρονομησουσι την γην.

6 Μακαριοι οἱ πεινωντες και διψωντες την δικαιοσυνην· ὁτι αὐτοι χορτασθησονται.

7 Μακαριοι οἱ ἐλεημονες· ὁτι αὐτοι ἐλεηθησονται.

8 Μακαριοι οἱ καθαροι τῃ καρδιᾳ· ὁτι αὐτοι τον Θεον ὀψονται.

9 Μακαριοι οἱ εἰρηνοποιοι· ὁτι αὐτοι υἱοι Θεου κληθησονται.

10 Μακαριοι οἱ δεδιωγμενοι ἑνεκεν δικαιοσυνης· ὁτι αὐτων ἐστιν ἡ βασιλεια των οὐρανων.

11 Μακαριοι ἐστε, ὁταν ὀνειδισωσιν ὑμας και διωξωσι, και εἰπωσι παν πονηρον ῥημα καθ᾽ ὑμων, ψευδομενοι, ἑνεκεν ἐμου.

12 Χαιρετε και ἀγαλλιασθε· ὁτι ὁ μισθος ὑμων πολυς ἐν τοις οὐρανοις· οὑτω γαρ ἐδιωξαν τους προφητας τους προ ὑμων.

13 Ὑμεις ἐστε το ἁλας της γης. Ἐαν δε το ἁλας μωρανθῃ, ἐν τινι ἁλισθησεται; εἰς οὐδεν ἰσχυει ἐτι, εἰ μη βληθηναι ἐξω, και καταπατεισθαι ὑπο των ἀνθρωπων.

14 Ὑμεις ἐστε το φως του κοσμου. Οὐ δυναται πολις κρυβηναι ἐπανω ὀρους κειμενη·

15 Οὐδε καιουσι λυχνον, και τιθεασιν αὐτον ὑπο τον μοδιον, ἀλλ᾽ ἐπι την λυχνιαν· και λαμπει πασι τοις ἐν τῃ οἰκιᾳ.

16 Οὑτω λαμψατω το φως ὑμων ἐμπροσθεν των ἀνθρωπων, ὁπως ἰδωσιν ὑμων τα καλα ἐργα, και δοξασωσι τον πατερα ὑμων, τον ἐν τοις οὐρανοις.

17 Μη νομισητε, ὁτι ἠλθον καταλυσαι τον νομον ἠ τους προφητας· οὐκ ἠλθον καταλυσαι, ἀλλα πληρωσαι.

18 Ἀμην γαρ λεγω ὑμιν, ἑως ἀν παρελθῃ ὁ οὐρανος και ἡ γη, ἰωτα ἑν ἠ μια κεραια οὐ μη παρελθῃ ἀπο του νομου, ἑως ἀν παντα γενηται.

19 Ὁς ἐαν οὐν λυσῃ μιαν των ἐντολων τουτων των ἐλαχιστων, και διδαξῃ οὑτω τους ἀνθρωπους, ἐλαχιστος κληθησεται ἐν τῃ βασιλειᾳ των οὐρανων· ὁς δ᾽ ἀν ποιησῃ και διδαξῃ, οὑτος μεγας κληθησεται ἐν τῃ βασιλειᾳ των οὐρανων.

20 Λεγω γαρ ὑμιν, ὁτι ἐαν μη περισσευσῃ ἡ δικαιοσυνη ὑμων πλειον των γραμματεων και Φαρισαιων, οὐ μη εἰσελθητε εἰς την βασιλειαν των οὐρανων.

21 Ἠκουσατε, ὁτι ἐῤῥεθη τοις ἀρχαιοις· Οὐ φονευσεις· ὁς δ᾽ ἀν φονευσῃ, ἐνοχος ἐσται τῃ κρισει.

22 Ἐγω δε λεγω ὑμιν, ὁτι πας ὁ ὀργιζομενος τῳ ἀδελφῳ αὐτου εἰκη, ἐνοχος ἐσται τῃ κρισει· ὁς δ᾽ ἀν εἰπῃ τῳ ἀδελφῳ αὐτου· ῥακα, ἐνοχος ἐσται τῳ συνεδριῳ· ὁς δ᾽ ἀν εἰπῃ· μωρε, ἐνοχος ἐσται εἰς την γεενναν του πυρος.

23 Ἐαν οὐν προσφερῃς το δωρον σου ἐπι το θυσιαστηριον, κἀκει μνησθῃς, ὁτι ὁ ἀδελφος σου ἐχει τι κατα σου·

24 Ἀφες ἐκει το δωρον σου ἐμπροσθεν του θυσιαστηριου, και ὑπαγε, πρωτον διαλλαγηθι τῳ ἀδελφῳ σου, και τοτε ἐλθων προσφερε το δωρον σου.

25 Ἰσθι εὐνοων τῳ ἀντιδικῳ σου ταχυ, ἑως ὁτου εἰ ἐν τῃ ὁδῳ μετ᾽ αὐτου· μηποτε σε παραδῳ ὁ ἀντιδικος τῳ κριτῃ, και ὁ κριτης σε παραδῳ τῳ ὑπηρετῃ, και εἰς φυλακην βληθησῃ.

26 Ἀμην λεγω σοι, οὐ μη ἐξελθῃς ἐκειθεν, ἑως ἀν ἀποδῳς τον ἐσχατον κοδραντην.

27 Ἠκουσατε, ὁτι ἐῤῥεθη τοις ἀρχαιοις· Οὐ μοιχευσεις.

28 Ἐγω δε λεγω ὑμιν, ὁτι πας ὁ βλεπων γυναικα προς το ἐπιθυμησαι αὐτης, ἠδη ἐμοιχευσεν αὐτην ἐν τῃ καρδιᾳ αὐτου.

29 Εἰ δε ὁ ὀφθαλμος σου ὁ δεξιος σκανδαλιζει σε, ἐξελε αὐτον, και βαλε ἀπο σου· συμφερει γαρ σοι, ἱνα ἀποληται ἑν των μελων σου, και μη ὁλον το σωμα σου βληθῃ εἰς γεενναν.

30 Και εἰ ἡ δεξια σου χειρ σκανδαλιζει σε, ἐκκοψον αὐτην, και βαλε ἀπο σου· συμφερει γαρ σοι, ἱνα ἀποληται ἑν των μελων σου, και μη ὁλον το σωμα σου βληθῃ εἰς γεενναν.

31 Ἐῤῥεθη δε, ὁτι ὁς ἀν ἀπολυσῃ την γυναικα αὐτου, δοτω αὐτῃ ἀποστασιον.

32 Ἐγω δε λεγω ὑμιν, ὁτι ὁς ἀν ἀπολυσῃ την γυναικα αὐτου, παρεκτος λογου πορνειας, ποιει αὐτην μοιχασθαι· και ὁς ἐαν ἀπολελυμενην γαμησῃ, μοιχαται.

33 Παλιν ἠκουσατε, ὁτι ἐῤῥεθη τοις ἀρχαιοις· Οὐκ ἐπιορκησεις· ἀποδωσεις δε τῳ κυριῳ τους ὁρκους σου.

34 Ἐγω δε λεγω ὑμιν, μη ὀμοσαι ὁλως, μητε ἐν τῳ οὐρανῳ, ὁτι θρονος ἐστι του Θεου·

35 Μητε ἐν τῃ γῃ, ὁτι ὑποποδιον ἐστι των ποδων αὐτου· μητε εἰς Ἱεροσολυμα, ὁτι πολις ἐστι του μεγαλου βασιλεως·

36 Μητε ἐν τῃ κεφαλῃ σου ὀμοσῃς, ὁτι οὐ δυνασαι μιαν τριχα λευκην ἠ μελαιναν ποιησαι.

XXXV

Oratio in monte habita

MATTHAEI V

1 Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius,
2 Et aperiens os suum docebat eos dicens:
3 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum.
4 Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.
5 Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
6 Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.
7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.
8 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.
9 Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.
10 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum.
11 Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me:
12 Gaudete, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.
13 Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus.
14 Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita.
15 Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus, qui in domo sunt.
16 Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.
17 Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere.
18 Amen quippe dico vobis, donec transeat caelum et terra, iota unum, aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant.
19 Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.
20 Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum, et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.
21 Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.
22 Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennae ignis.
23 Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te:
24 Relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.
25 Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te adversarius iudici, et iudex tradat te ministro: et in carcerem mittaris.
26 Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.
27 Audistis quia dictum est antiquis: Non moechaberis.
28 Ego autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.
29 Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et proiice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.
30 Et si dextra manus tua scandalizat te, abscide eam, et proiice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.
31 Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii.
32 Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: et qui dimissam duxerit, adulterat.
33 Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua.
34 Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per caelum, quia thronus Dei est:
35 Neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia civitas est magni regis:
36 Neque per caput tuum iuraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

37 Ἐστω δε ὁ λογος ὑμων· ναι ναι, οὐ οὐ· το δε περισσον τουτων, ἐκ του πονηρου ἐστιν.

38 Ἠκουσατε, ὁτι ἐῤῥεθη· Ὀφθαλμον ἀντι ὀφθαλμου, και ὀδοντα ἀντι ὀδοντος.

39 Ἐγω δε λεγω ὑμιν, μη ἀντιστηναι τῳ πονηρῳ· ἀλλ᾽ ὁστις σε ῥαπισει ἐπι την δεξιαν σου σιαγονα, στρεψον αὐτῳ και την ἀλλην·

40 Και τῳ θελοντι σοι κριθηναι, και τον χιτωνα σου λαβειν, ἀφες αὐτῳ και το ἱματιον·

41 Και ὁστις σε ἀγγαρευσει μιλιον ἑν, ὑπαγε μετ᾽ αὐτου δυο.

42 Τῳ αἰτουντι σε διδου· και τον θελοντα ἀπο σου δανεισασθαι, μη ἀποστραφῃς.

43 Ἠκουσατε, ὁτι ἐῤῥεθη· Ἀγαπησεις τον πλησιον σου, και μισησεις τον ἐχθρον σου.

44 Ἐγω δε λεγω ὑμιν, ἀγαπατε τους ἐχθρους ὑμων, εὐλογειτε τους καταρωμενους ὑμας, καλως ποιειτε τοις μισουσιν ὑμας, και προσευχεσθε ὑπερ των ἐπηρεαζοντων ὑμας και διωκοντων ὑμας·

45 Ὁπως γενησθε υἱοι του πατρος ὑμων, του ἐν οὐρανοις· ὁτι τον ἡλιον αὐτου ἀνατελλει ἐπι πονηρους και ἀγαθους, και βρεχει ἐπι δικαιους και ἀδικους.

46 Ἐαν γαρ ἀγαπησητε τους ἀγαπωντας ὑμας, τινα μισθον ἐχετε; οὐχι και οἱ τελωναι το αὐτο ποιουσι;

47 Και ἐαν ἀσπασησθε τους ἀδελφους ὑμων μονον, τι περισσον ποιειτε; οὐχι και οἱ ἐθνικοι οὑτω ποιουσιν;

48 Ἐσεσθε οὐν ὑμεις τελειοι, ὡσπερ ὁ πατηρ ὑμων, ὁ ἐν τοις οὐρανοις, τελειος ἐστι.

MATTHAEI VI

1 Προσεχετε την δικαιοσυνην ὑμων μη ποιειν ἐμπροσθεν των ἀνθρωπων, προς το θεαθηναι αὐτοις· εἰ δε μηγε, μισθον οὐκ ἐχετε παρα τῳ πατρι ὑμων, τῳ ἐν τοις οὐρανοις.

2 Ὁταν οὐν ποιῃς ἐλεημοσυνην, μη σαλπισῃς ἐμπροσθεν σου, ὡσπερ οἱ ὑποκριται ποιουσιν ἐν ταις συναγωγαις και ἐν ταις ῥυμαις, ὁπως δοξασθωσιν ὑπο των ἀνθρωπων. Ἀμην λεγω ὑμιν, ἀπεχουσι τον μισθον αὐτων.

3 Σου δε ποιουντος ἐλεημοσυνην, μη γνωτω ἡ ἀριστερα σου, τι ποιει ἡ δεξια σου·

4 Ὁπως ᾐ σου ἡ ἐλεημοσυνη ἐν τῳ κρυπτῳ· και ὁ πατηρ σου, ὁ βλεπων ἐν τῳ κρυπτῳ, αὐτος ἀποδωσει σοι ἐν τῳ φανερῳ.

5 Και ὁταν προσευχῃ, οὐκ ἐσῃ ὡσπερ οἱ ὑποκριται· ὁτι φιλουσιν ἐν ταις συναγωγαις και ἐν ταις γωνιαις των πλατειων ἑστωτες προσευχεσθαι, ὁπως ἀν φανωσι τοις ἀνθρωποις. Ἀμην λεγω ὑμιν, ὁτι ἀπεχουσι τον μισθον αὐτων.

6 Συ δε, ὁταν προσευχῃ, εἰσελθε εἰς το ταμειον σου, και κλεισας την θυραν σου, προσευξαι τῳ πατρι σου, τῳ ἐν τῳ κρυπτῳ· και ὁ πατηρ σου, ὁ βλεπων ἐν τῳ κρυπτῳ, ἀποδωσει σοι ἐν τῳ φανερῳ.

7 Προσευχομενοι δε μη βαττολογησητε, ὡσπερ οἱ ἐθνικοι· δοκουσι γαρ, ὁτι ἐν τῃ πολυλογιᾳ αὐτων εἰσακουσθησονται.

8 Μη οὐν ὁμοιωθητε αὐτοις· οἰδε γαρ ὁ πατηρ ὑμων, ὡν χρειαν ἐχετε, προ του ὑμας αἰτησαι αὐτον.

9 Οὑτως οὐν προσευχεσθε ὑμεις· Πατερ ἡμων, ὁ ἐν τοις οὐρανοις, ἁγιασθητω το ὀνομα σου·

10 Ἐλθετω ἡ βασιλεια σου· γενηθητω το θελημα σου, ὡς ἐν οὐρανῳ, και ἐπι της γης·

11 Τον ἀρτον ἡμων τον ἐπιουσιον δος ἡμιν σημερον·

12 Και ἀφες ἡμιν τα ὀφειληματα ἡμων, ὡς και ἡμεις ἀφιεμεν τοις ὀφειλεταις ἡμων·

13 Και μη εἰσενεγκῃς ἡμας εἰς πειρασμον, ἀλλα ῥυσαι ἡμας ἀπο του πονηρου· ἀμην.

14 Ἐαν γαρ ἀφητε τοις ἀνθρωποις τα παραπτωματα αὐτων, ἀφησει και ὑμιν ὁ πατηρ ὑμων ὁ οὐρανιος·

15 Ἐαν δε μη ἀφητε τοις ἀνθρωποις τα παραπτωματα αὐτων, οὐδε ὁ πατηρ ὑμων ἀφησει τα παραπτωματα ὑμων.

16 Ὁταν δε νηστευητε, μη γινεσθε, ὡσπερ οἱ ὑποκριται, σκυθρωποι· ἀφανιζουσι γαρ τα προσωπα αὐτων, ὁπως φανωσι τοις ἀνθρωποις νηστευοντες. Ἀμην λεγω ὑμιν, ὁτι ἀπεχουσι τον μισθον αὐτων.

17 Συ δε νηστευων, ἀλειψαι σου την κεφαλην, και το προσωπον σου νιψαι·

18 Ὁπως μη φανῃς τοις ἀνθρωποις νηστευων, ἀλλα τῳ πατρι σου, τῳ ἐν τῳ κρυπτῳ· και ὁ πατηρ σου, ὁ βλεπων ἐν τῳ κρυπτῳ, ἀποδωσει σοι.

19 Μη θησαυριζετε ὑμιν θησαυρους ἐπι της γης, ὁπου σης και βρωσις ἀφανιζει, και ὁπου κλεπται διορυσσουσι και κλεπτουσι·

20 Θησαυριζετε δε ὑμιν θησαυρους ἐν οὐρανῳ, ὁπου οὐτε σης οὐτε βρωσις ἀφανιζει, και ὁπου κλεπται οὐ διορυσσουσιν οὐδε κλεπτουσιν.

21 Ὁπου γαρ ἐστιν ὁ θησαυρος ὑμων, ἐκει ἐσται και ἡ καρδια ὑμων.

22 Ὁ λυχνος του σωματος ἐστιν ὁ ὀφθαλμος. Ἐαν οὐν ὁ ὀφθαλμος σου ἁπλους ᾐ, ὁλον το σωμα σου φωτεινον ἐσται·

23 Ἐαν δε ὁ ὀφθαλμος σου πονηρος ᾐ, ὁλον το σωμα σου σκοτεινον ἐσται. Εἰ οὐν το φως, το ἐν σοι, σκοτος ἐστι, το σκοτος ποσον;

24 Οὐδεις δυναται δυσι κυριοις δουλευειν· ἠ γαρ τον ἑνα μισησει, και τον ἑτερον ἀγαπησει· ἠ ἑνος ἀνθεξεται, και του ἑτερου καταφρονησει. Οὐ δυνασθε θεῳ δουλευειν και μαμωνᾳ.

25 Δια τουτο λεγω ὑμιν· Μη μεριμνατε τῃ ψυχῃ ὑμων, τι φαγητε, και τι πιητε· μηδε τῳ σωματι ὑμων, τι ἐνδυσησθε. Οὐχι ἡ ψυχη πλειον ἐστι της τροφης, και το σωμα του ἐνδυματος;

37 Sit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est.
38 Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, et dentem pro dente.
39 Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, praebe illi et alteram:
40 Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium.
41 Et quicumque te anguriaverit mille passus, vade cum illo et alia duo.
42 Qui petit a te, da ei: et volenti mutuari a te, ne avertaris.
43 Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum.
44 Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos:
45 Ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est: qui solem suum oriri facit super bonos, et malos: et pluit super iustos et iniustos.
46 Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et publicani hoc faciunt?
47 Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne et ethnici hoc faciunt?
48 Estote ergo vos perfecti, sicut et pater vester caelestis perfectus est.

MATTHAEI VI

1 Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in caelis est.
2 Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis, et in vicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.
3 Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:
4 Ut sit eleemosyna tua in abscondito, et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.
5 Et cum oratis, non eritis sicut hypocritae, qui amant in synagogis, et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam.
6 Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.
7 Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici. putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.
8 Nolite ergo assimilari eis. scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.
9 Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum.
10 Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra.
11 Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.
12 Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
13 Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.
14 Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet et vobis pater vester caelestis delicta vestra.
7 Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) et misit se in mare.

8 Alii autem discipuli navigio venerunt, (non enim longe erant a terra. sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

9 Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem.

10 Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc.

11 Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete.

12 Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est.

13 Et venit Iesus, et accipit panem, et dat eis, et piscem similiter.

14 Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis.

15 Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.

16 Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.

17 Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? et dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas.

18 Amen, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget. et ducet quo tu non vis.

19 Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me.

20 Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligibat Iesus sequentem, qui et recubuit in coena super pectus eius, et dixit: Domine quis est, qui tradet te?

21 Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid?

22 Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

23 Exiit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur. sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?

24 Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit haec: et scimus, quia verum est testimonium eius.

CCXVII

Christus octavo adparens apostolis. Horum legatio. Baptismus institutus.

MATTHAEI XXVIII

16 ... (abierunt ...) in montem, ubi constituerat illis Iesus.

17 Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt.

18 Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in coelo, et in terra.

19 *Πορευθεντες οὐν μαθητευσατε παντα τα ἐθνη, βαπτιζοντες αὐτους εἰς το ὀνομα του πατρος και του υἱου και του ἁγιου πνευματος·*

20 *Διδασκοντες αὐτους τηρειν παντα, ὁσα ἐνετειλαμην ὑμιν. Και ἰδου, ἐγω μεθ᾽ ὑμων εἰμι πασας τας ἡμερας, ἑως της συντελειας του αἰωνος.*

CCXVIII

Christus nono apostolis adparens Hierosolymae. Iterata horum legatio. Christus in caelum adscendens. Apostoli legatione sua fungentes

MARCI XVI

14 *Ὑστερον ἀνακειμενοις αὐτοις τοις ἑνδεκα ἐφανερωθη, και ὠνειδισε την ἀπιστιαν αὐτων, και σκληροκαρδιαν, ὁτι τοις θεασαμενοις αὐτον ἐγηγερμενον οὐκ ἐπιστευσαν.*

LUCAE XXIV

44 *Εἰπε δε αὐτοις· Οὑτοι οἱ λογοι, οὑς ἐλαλησα προς ὑμας, ἐτι ὠν συν ὑμιν, ὁτι δει πληρωθηναι παντα τα γεγραμμενα ἐν τῳ νομῳ Μωσεως, και προφηταις, και ψαλμοις, περι ἐμου.*

45 *Τοτε διηνοιξεν αὐτων τον νουν, του συνιεναι τας γραφας·*

46 *Και εἰπεν αὐτοις· Ὁτι οὑτω γεγραπται, και οὑτως ἐδει παθειν τον Χριστον, και ἀναστηναι ἐκ νεκρων τη τριτη ἡμερᾳ,*

47 *Και κηρυχθηναι ἐπι τῳ ὀνοματι αὐτου μετανοιαν και ἀφεσιν ἁμαρτιων εἰς παντα τα ἐθνη, ἀρξαμενον ἀπο Ἱερουσαλημ.*

48 *Ὑμεις δε ἐστε μαρτυρες τουτων.*

49 *Και ἰδου, ἐγω ἀποστελλω την ἐπαγγελιαν του πατρος μου ἐφ᾽ ὑμας· ὑμεις δε καθισατε ἐν τη πολει, ἑως οὑ ἐνδυσησθε δυναμιν ἐξ ὑψους.*

MARCI XVI

15 *Και εἰπεν αὐτοις· Πορευθεντες εἰς τον κοσμον ἁπαντα, κηρυξατε το εὐαγγελιον παση τη κτισει.*

16 *Ὁ πιστευσας και βαπτισθεις, σωθησεται· ὁ δε ἀπιστησας, κατακριθησεται.*

17 *Σημεια δε τοις πιστευσασι ταυτα παρακολουθησει· Ἐν τῳ ὀνοματι μου δαιμονια ἐκβαλουσι· γλωσσαις λαλησουσι καιναις·*

18 *Ὀφεις ἀρουσι· κἀν θανασιμον τι πιωσιν, οὐ μη αὐτους βλαψη· ἐπι ἀῤῥωστους χειρας ἐπιθησουσι, και καλως ἑξουσιν.*

MARCI XVI	LUCAE XXIV
19 *Ὁ μεν οὐν κυριος μετα το λαλησαι αὐτοις*	50 *Ἐξηγαγε δε αὐτους ἐξω ἑως εἰς Βηθανιαν, και ἐπαρας τας χειρας αὐτου εὐλογησεν αὐτους.* 51 *Και ἐγενετο, ἐν τῳ εὐλογειν αὐτον αὐτους διεστη ἀπ᾽ αὐτων, και*
ἀνεληφθη εἰς τον οὐρανον, και ἐκαθισεν ἐκ δεξιων του θεου.	*ἀνεφερετο εἰς τον οὐρανον.*

LUCAE XXIV

52 *Και αὐτοι προσκυνησαντες αὐτον, ὑπεστρεψαν εἰς Ἱερουσαλημ μετα χαρας μεγαλης·*

53 *Και ἠσαν διαπαντος ἐν τῳ ἱερῳ, αἰνουντες και εὐλογουντες τον θεον.*

19 Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti:

20 Docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis: et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.

CCXVIII

Christus nono apostolis adparens Hierosolymae. Iterata horum legatio. Christus in caelum adscendens. Apostoli legatione sua fungentes

MARCI XVI

14 Novissime recumbentibus illis undecim apparuit: et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.

LUCAE XXIV

44 Et dixit ad eos: Haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me.

45 Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas:

46 Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die:

47 Et praedicari in nomine eius poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.

48 Vos autem testes estis horum.

49 Et ego mitto promissum Patris mei in vos. vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

MARCI XVI

15 Et dixit eis: Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae.

16 Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.

17 Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo daemonia eiicient: linguis loquentur novis:

18 Serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super aegros manus imponent, et bene habebunt.

MARCI XVI

19 Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis,

assumptus est in caelum,
et sedet a dextris Dei.

LUCAE XXIV

50 Eduxit autem eos foras in Bethaniam: et elevatis manibus suis benedixit eis.

51 Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, et
ferebantur in caelum.

LUCAE XXIV

52 Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno:

53 Et erant semper in templo, laudantes, et benedicentes Deum. Amen.

MARCI XVI

20 *Ἐκεινοι δε ἐξελθοντες ἐκηρυξαν πανταχου του κυριου συνεργουντος, και τον λογον βεβαιουντος δια των ἐπακολουθουντων σημειων.*

CCXIX

Multitudo rerum a Christo gestarum

IOANNIS XX

30 *Πολλα μεν οὐν και ἀλλα σημεια ἐποιησεν ὁ Ἰησους ἐνωπιον των μαθητων αὐτου, ἁ οὐκ ἐστι γεγραμμενα ἐν τῳ βιβλιῳ τουτῳ·*
31 *Ταυτα δε γεγραπται, ἱνα πιστευσητε, ὁτι Ἰησους ἐστιν ὁ Χριστος, ὁ υἱος του Θεου, και ἱνα πιστευοντες ζωην ἐχητε ἐν τῳ ὀνοματι αὐτου.* **(CCXVI)**

IOANNIS XXI

25 *Ἐστι δε και ἀλλα πολλα, ὁσα ἐποιησεν ὁ Ἰησους, ἁτινα ἐαν γραφηται καθ᾽ ἑν, οὐδε αὐτον οἰμαι τον κοσμον χωρησαι τα γραφομενα βιβλια.*

MARCI XVI

20 Illi autem profecti praedicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.

CCXIX

Multitudo rerum a Christo gestarum

IOANNIS XX

30 Multa quidem, et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc.

31 Haec autem scripta sunt ut credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei: et ut credentes, vitam habeatis in nomine eius. (CCXVI)

IOANNIS XXI

25 Sunt autem et alia multa, quae fecit Iesus: quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

ADNOTATIONES.

No. III

Haec evangelii Ioannis *περικοπη* est veluti operis praefatio, proinde de Verbi incarnatione in ea agitur, non tam more historici, qui rem narret, quam *διδασκαλικως*, ut in librorum praefationibus fieri solet. Non tamen opportunior, quam hic, locus erat, in quem ea referretur, utpote pertinens potissimum ad Verbum incarnatum. Est autem in ea testimonium Baptistae de Christo, cui testimonio, si ad historiae ordinem spectes, inferius locus erit. Ipsa autem narratio incipit v. 19.

Matthaeus librum suum inchoavit verbis *Βιβλος γενεσεως Ἰησου Χριστου υἱου Δαβιδ υἱου Ἀβρααμ* *Liber generationis Iesu Christi filii David filii Abraham.* Iste titulus hebraicam loquutionem omnino sapit, huiusque similem legimus initio quinti capitis libri Geneseos, inque graeca translatione quarti versus secundi capitis. Quaeritur autem, utrum totius libri titulus sit, quo posito ante Lucae prooemium verba haec collocanda forent, an solius genealogiae. Cui quaestioni respondemus in Lib. III. dissert. IX. cap. IV. n. 1.

No. V

Utrum verba *Του δε Ἰησου Χριστου ἡ γεννησις οὑτως ἠν Christi autem generatio sic erat* de posterioribus dicta sint, atque ideo in hoc loco ponenda, an de prioribus, quorum quamdam veluti clausulam contineant, quaerimus in Lib. III. Diss. XV. nn. 2—6.

Quando angelus Iosepho in somnis visus fuerit, disputamus in Lib. III. Diss. XV. c. II.

No. VII

De anno deque anni tempore, quo Magi ad Christum venerunt, item de ratione ac modo componendorum quod ad hunc adventum Matthaei et Lucae narrationum prima specie pugnantium, est in Lib. III. Diss. XXVII. c. III.

Ubi hi Magi Christum invenerint, utrum in stabulo an domi, Bethlehemi an Nazarethi, diversae enim hac de re exstiterunt doctorum virorum sententiae, definitum sit oportet, ut constet haec historiae capita recte atque ordine a nobis digesta esse. Lege igitur Lib. III. Diss. XXVII. c. V.

No. VIII

Octogesimum primi capitis Lucae versum, in quo est de Ioannis Baptistae pueritia, huc, si ad temporum ordinem spectes, fuisse transferendum, apparet. Quod autem ea Lucas prius narraverit, quam hic ordo postularet, non id obesse consilio, quod cepit, scribendi *ex ordine*, iam animadvertimus. Lege huius libri praefationem et Lib. I. c. III. q. V. n. 61. Prius autem narravit, quia tunc opportunissimus erat ea narrandi locus, utpote prioribus apte cohaerentia, non tamen de facili, tametsi temporibus congruentibus, in alio loco ponenda, quin ordo ac series praecipui argumenti, quae Christi vita est, turbaretur. Perstringitur hoc versu tota vita Ioannis ab ortu ad tricesimum aetatis annum, atque ipse Lucas loquitur, *usque in diem ostensionis suae ad Israel*, quam is, post descriptam Christi per id tempus vitam, narrare adgreditur initio tertii capitis, non alia ratione, quam plerique omnes historici, qui tamen non hoc historiae ordinem invertere dicuntur.

Quadragesimo secundi capitis versu aliam historiae partem Lucas incipit; proinde hic versus non superioribus, ut quidam faciunt, iungendus est, sed iis, quae sequuntur. Lege Lib. III. Diss. XXXVIII. n. 7.

No. X

Si locorum, in quibus Ioannes Baptista moratus est ad munus suum fungendum, adcuratam notitiam adeptus fueris, facile senties a Matthaeo et a Ioanne evangelistis pugnantia in speciem narrari. Sed aeque facile pugnam compones, si legas Lib. III. Diss. XLIII. n. 38.

Cur in hoc loco posuerim initium evangelii Marci, rationem intelliges ex Lib. III. Diss. XLIV. n. 1.

No. XI

Quum Lucae versui 18 capitis III nullus in rerum gestarum serie locus certus ac definitus esse queat, quumque hic versus pertineat ad Ioannis Baptistae doctrinam, satius esse videtur, ut iis versibus adiungatur, in quibus haec doctrina continetur, atque exponitur.

No. XII

Octo in evangeliis leguntur testimonia, quae Baptista dixit de Christo. De his in alio loco diximus [1].

Si prima quatuor testimonia consideres, facile intelliges, ut horum singula, aut certe primum et secundum, nequaquam esse videantur enuntiatio semel dumtaxat prolata a Ioanne, sed veluti summa eorum, quae de Christo praedicaverit, aut interrogantibus responderit.

Hoc autem primum testimonium a Matthaeo, a Marco, et a Luca descriptum, aliud esse illis, quae descripsit Ioannes, apparet ex Io. I, 15. 30. Verum, etsi Ioannes non induxerit Baptistam hoc primum testimonium dicentem, induxit tamen commemorantem in Io. I, 30.

No. XIII

Ea, quae narrantem Baptistam Ioannes induxit in Io. I, 33, contraria videntur ordini, quo Matthaeus Christi baptismum descripsit, maxime iis, quae sunt in Matth. III, 14. 15. Lege igitur Lib. III. Diss. XLVII. nn. 12—14.

No. XIV

Alterum Baptistae testimonium Christo redditum primum est eorum, quae Ioannes retulit in evangelium. Sunt autem ex quibus comperiamus, quando redditum ab illo fuerit. Etenim id factum, postquam Baptista Christum abluerat, hinc intelligimus, quod his verbis populo praesentem Christum ipse indicaverit, idque non ante facere quiverit, quam vidisset *Spiritum descendentem et manentem super eum*, quod evenit post Christum ablutum. Lege No. XIII. Dictum autem a Ioanne fuit hoc testimonium mox, ubi Christum tinxerat; neutrum enim credibile est, sive Baptistam non statim ab illo signo accepto functum officio suo, ut Christum, quem prius praedixerat adventurum, iam praesentem indicaret, sive hoc Baptistae testimonium, quod statim post Christi baptismum dixerat, a Ioanne evangelista, contra ac ipsius institutum postulabat [2]), fuisse praetermissum.

No. XVI

Tertium de Christo testimonium dictum fuit a Baptista, quum Iudaeorum legati ipsum interrogarunt Io. I, 19—23, moxque quartum his iisdem interrogantibus redditum Ib. 24—27, tametsi fortasse non eodem die, quod verius videtur, quum illi putandi non sint statim, ac venerant, Baptistam interrogasse continuoque recessisse, sed aliquot dies morati esse, ut ipsi, quae fiebant, considerarent. At testimonium hoc quartum dictum procul dubio a Baptista non ante fuit, quam Iesus ab eo ablutus in deserta secesserat, quod comperimus ex his ipsius Baptistae verbis: *Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis*; ergo nec tertium. Hoc ipsum comprobat Marci narratio, in qua post Christum a Ioanne tinctum haec continuo leguntur: *Et statim Spiritus expulit eum in desertum* [3]). Utrumque tamen testimonium dictum fuit, quum Christus in desertis morabatur, veri enim simile non est illam legationem serius missam, quam ponimus [4]), etsi quartum non ante quadragesimum postremumque diem, quo Christus illic mansit, nam *τῇ ἐπαύριον postridie* eius diei, quo quar-

[1]) Lib. III. Diss. XLIII. nn. 90 seqq. [2]) Lib. I. c. IV. n. 15. [3]) Marc. I, 12. [4]) Lib. III. Diss. XLIII. n. 4 fin.

tum testimonium dixerat, *vidit Ioannes Iesum venientem ad se* [1]), qui ad Ioannem iterum venisse merito creditur mox, ubi a desertis discessit.

No. XVII

In narratione de Satana Christum tentante multa sunt, quae ordinem, quo Matthaeus id narravit, praeferre suadent ordini, quem Lucas sequutus est. Etenim in Matthaeo quosdam gradus deprehendimus et quasi processum, quo Satan graviora usque ac deteriora Christo suadere tentabat. Adverbium *iterum*, quo tertiam narrationis partem Matthaeus exorditur, salva historiae veritate adhiberi haud potuisset, nisi tentatio haec tertio loco descripta a Matthaeo, contra ac legimus in Lucae evangelio, eam re vera sequuta esset, quam ipse Matthaeus secundo loco posuit. Verba *Vade, Satana*, quibus Christus Satanam adorari se ab ipso flagitantem abegit, credere iubent id, non secundo loco, sicut est in Luca, sed tertio, sicut in Matthaeo, Satanam ausum fuisse. Adde, quod his Christi verbis illa *Tunc reliquit eum diabolus*, quae Matthaeus subiunxit, arctius cohaereant, quam ut aliis interpositis divelli queant ac separari. Quid denique, quod in graecis Lucae exemplaribus vulgatioribus post idem illud Satanae postulatum, secundo loco a Luca, tertio a Matthaeo positum, eadem haec Christi responsio legitur, qua Satanam facessere iussit? nonne vel hoc unum satis foret, cur concluderemus huius narrationis ordinem in Lucae exemplaribus librariorum vitio esse perversum?

No. XVIII

Quintum de Christo testimonium Ioannes Baptista dixit, quum, *vidit . . . Iesum venientem ad se*, septimum vero, *respiciens Iesum ambulantem*. Adparet igitur haec duo testimonia, proinde etiam sextum, dicta esse, postquam Christus a desertis redierat; illuc enim secesserat statim, ac alterum ipsi testimonium Ioannes reddiderat. Lege NN. XIV et XVI.

No. XIX

Ioannes evangelista post illa, quae Iudaeorum legatis Baptista responderat, continuo narrat, ut *altera die* is Christum ad se venientem conspexerit, mox, ut *altera die* Christum denuo viderit, deinde, ut *in crastinum* Christus in Galilaeam redire instituerit, denique, ut *die tertia* nuptiae factae . . . in Cana Galilaeae [2]) fuerint. Si dies haec fuit *tertia*, quaenam prima fuisse putanda est? Profecto non, sicut quidam autumant, is dies, quo die Baptista Iudaeorum legatis ultimo loquutus est; inter hunc enim diem, interque diem nuptiarum, quidquid secus quidam senseriut, Ioannes evangelista tres dies expresse commemorat. Inter hos tres dies nulla est, quae prae ceteris habeat, cur prima dicatur. Itaque animadverte, ut illud *altera die* utroque in loco illudque *in crastinum* reddita sint pro una atque eadem graeca voce *τῃ ἐπαυριον postridie*, terque id nomen in hac narratione legatur, ita ut, quodque horum trium posterius est, respectu prioris usurpatum sit, primum vero respectu postremi sermonis Baptistae et legatorum. Quare manifestum est illud *die tertia* dictum esse respectu eius diei, vel qui voce *τῃ ἐπαυριον* tertio posita designatur, quique dies fuit coepti itineris in Galilaeam, vel quo illuc perventum est. Verius hoc alterum, utpote quia pedestre, quale Christus fecisse creditur, iter in Galilaeam a loco, ubi Ioannes Baptista tunc morabatur, eo praesertim anni tempore, citius quam triduo confici commode haud poterat, neque Christus eo ipso die, quo in Galilaeam pervenerat, nuptiis accubuisse putandus est.

No. XXI

Nunc locum esse narrationi de Ioanne Baptista in vincula coniecto, quam Lucas in alio loco perstrinxit, ipse intelliges, si ea legas evangeliorum capita, tum quod proxime retulimus [3]), tum quae statim referemus. Cur autem id Lucas antea narraverit, numque ideo ab instituto narrandi ex ordine declinasse dicendus sit, alibi disputavimus. Lege huius libri praefationem, et Lib. I. c. III. n. 61, et Lib. III. Diss. XLIII. n. 9; Diss. XLIV. n. 8.

No. XXII

In alio loco demonstravimus de uno atque eodem Christi reditu in Galilaeam omnes evangelistas loqui in his capitibus. Lege Lib. III. Diss. XXXIX. n. 17; Diss. XLIII. n. 10. Item osten-

[1]) Io. I, 29. [2]) Io. II, 1. [3]) N. XX. Io. III, 23—36.

dimus factum fuisse hoc iter intra mensem novembrem aut decembrem illius anni, quo Christus diem festum paschatis primo post baptismum egerat. Lege Lib. III. Diss. XLIII. n. 11.

No. XXIV

Christi verba, quae sunt in Io. IV, 44, *quia propheta in sua patria honorem non habet*, cave, putes dicta esse de Nazaretho aut de Galilaea, sed de Iudaea. Etenim, sicut quidam iam adnotavit, *primo nondum Ioannes de Nazaretho loquutus est.* Deinde Nazarethum in Galilaea positum erat, non ergo, ut Nazaretho longius abesset, Iesus *abiit in Galilaeam*, imo, ut longius abesset a Iudaea, sicut Ioannes superius dixerat in v. 3: *Reliquit Iudaeam, et abiit iterum in Galilaeam.* Adde, quod Ioannes narrationem repetit interruptam iis, in quibus est de muliere Samaritana, aitque: *Abiit in Galilaeam. Ipse enim Iesus etc.* Tunc igitur de Iudaea ipsa Christus haec protulit, quae alias de Nazaretho erat prolaturus: QUIA NEMO PROPHETA ACCEPTUS EST IN PATRIA SUA [1]). *Christus, utpote Davidis filius, a Iudae tribu atque urbe Bethlehemo, quae in Iudaea erat, originem duxerat, proinde Iudaea erat vera ipsius patria* [2]).

No. XXV

Qui ea, quae Ioannes de hoc regulo eiusque filio memoriae prodidit, eadem esse putant atque illa, quae Matthaeus [3]) et Lucas [4]) de centurione deque huius servo, ipsi sibi difficultates eas creant, quibus frustra se expedire conantur. Tum ipsa ambarum narrationum lectio vel obiter facta quemque certiorem faciet non eadem esse ea, quae in utrisque narrantur.

De huius reguli filio in sanitatem restituto Ioannes haec ait: *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudaea in Galilaeam.* Primum ergo horum signorum fuit aqua in vinum conversa [5]), alterum, quod in hoc loco narratur; primum Canae editum fuit, alterum Capharnaumi, tamen quum Christus, non in hac, sed in illa urbe erat. Lege Io. IV, 46—53. Quare signum hoc alterum primum fuit eorum, quae Capharnaumi a Christo edita narrantur. Nemo igitur non perspicit reguli filium fuisse sanatum ante ea, quae Nazarethi gesta Lucas retulit statim post narratum Christi reditum in Galilaeam, Christus enim ita dicentes tunc induxit Nazarethanos: QUANTA *audivimus* FACTA IN CAPHARNAUM *fac et hic in patria tua* [6]).

No. XXVI

Lege superiorem adnotationem No. XXV.

No. XXVII

Iter Nazaretho Capharnaum a Matthaeo commemoratum illud ipsum esse, cuius meminit Lucas, satis apparet ex ipsa serie historiae, quae series nondum perturbata est in evangelio Matthaei. Attende illa Matthaei verba: *Et relicta civitate Nazareth*, videlicet quo Iesus a Iudaea reversus venerat, sicut Lucas dixerat, tametsi id non dixerit Matthaeus. Quod affirmamus, ea confirmant, quae mox dicemus.

No. XXVIII

Haec per eos dies gesta sunt, quibus Christus Nazaretho Capharnaum profectus in hac urbe degebat. Lege N. XXIX. Horum narratio, quae est in Matth. IV, 17—22, inserenda versui 31 capitis IV Lucae inter voces *Galilaeae* et *ibique*. Proxime enim Matthaeus [7]) narravit, ut Christus Nazaretho venerit Capharnaum, hocque ipsum est, quod legiter apud Lucam in eo versu usque ad numen *Galilaeae*. Continuo Matthaeus ea refert, de quibus nunc agimus, haecque eadem refert etiam Marcus in Marc. I, 14 ... *praedicans* —20. At Marcus narrationem absolvit in Marc. I, 21 scribens Christum ingressum in urbem Capharnaum, qua de re paulo infra (N. XXIX), atque illico verbis *Et statim aliam exorditur narrationem, quae illa ipsa est, cui Lucas initium facit in illo eodem versu voce* IBIQUE. Ergo, quae leguntur in Marc. I, 14 ... *praedicans* —21, proinde et quae in Matth. IV, 17—22, ibi ponenda, ubi diximus.

---

[1]) Luc. IV. 24. [2]) La sainte Bible de Vence T. XIX. p. 451. Paris 1829. [3]) Matth. VIII, 5—13. [4]) Luc. VII, 1—10. [5]) Io. II, 11. [6]) Luc. IV, 23. [7]) Matth. IV, 13—16.

No. XXIX

Capharuaum ad Tiberiadis lacnm situm erat. Christus in illam urbem venerat Nazaretho, sicut legimus apud Matthaeum et apud Lucam (N. XXVII). Quum illic moruretur, accidit, ut quodam die iude egressus ambulansque secus lacum ea ageret, quae relatu sunt in Marc. I, 14—20, tum domum regressus est. Hoc autem illud est, quod legitur in Marc. I, 21, reditus, inquam, a lacu, postquam Christns illuc exierat ambulatum, non vero alterum huius iter ad illam urbem aliud eo, quod paulo ante Matthaeus aeque ac Lucas narrarunt. Profecto Marcus non dicit: *Et veniunt*, sed *Et εἰςπορεύονται* INGREDIUNTUR *Capharnaum*.

No. XXX

Matthaeus nunc primo ab historiae ordine recedit, curationem enim Simonis socrui aliisque adhibitam, cui narrandae nunc locus erat, narrare differt in Matth. VIII, 14—17. Nunc locum huic narrationi esse, non Lucae modo, sed et Marci testimonio discimus, qui ante Lucam quum scriberet, ipsoque Matthaei evangelio inter scribendum uteretur, illam non ibi reliquit, ubi a Matthaeo positam repererat, sed huc transtulit. Ubi vero Matthaeus haec narrat, nihil est, quod nos compellat credere facta ea fuisse post illa, quae proxime narraverat; est tamen, quod caussam suggerit, cur Matthaeus ibi ea narret. Etenim proxime descripserat, ut Christus centurionis servum sanaverit, quod signum Capharnaumi editum Matthaeo in mentem revocavit Petri socrum in eadem illa urbe, etsi alias, a Christo sanitati restitutam. Etenim Matthaeus narrationes interdum coniungit earum rerum, quas, etsi non eodem tempore gestas, simile tamen aliquod adiunctum coniungi sinit, ut sunt exempli caussa responsa a Christo data quibusdam eum sequi rogantibus (N. XCIV), visus duobus caecis Hiericuntinis restitutus (N. CXXV), cetera.

No. XXXII

Haec trium evangeliorum capita ad eadem tempora pertinere, atque idcirco seriem in hoc loco resumendam esse capitum Matthaei, quam interrumpere oportuit inserta narratione de Petri socru, apparet ex iis, quae infra sunt.

No. XXXIII. XXXIV.

Matthaeus hunc in locum non factum aliquod singulare retulit, quodque intra certum quoddam ac definitum temporis spatium contineatur, sed quaedam veluti summa rerum, quae fiebant, tum ante, tum post illa, quae nunc a Luca referuntur, ut ex primis ipsis Lucae verbis Luc. V, 1 appareat manifesto. Proinde integrum foret hos Matthaei versus ponere sivo ante sive post ipsam Lucae narrationem, nisi postremus illorum versuum Matthaei, utpote quo occasio indicari videtur habitae a Christo orationis, quae statim sequitur, suaderet ipsos versus ab hac oratione nequaquam divellere. Quotiescumque enim Matthaeus *turbas* commemorat Christum sequutus, respectu eorum id facit, quae statim narraturus est. Compara exempli gratia postrema haec Matthaei verba cum initio capitis insequentis, item versum 1 capitis VIII cum versu 2, et cetera.

No. XXXV

Longiorem hanc orationem a Matthaeo descriptam, duo sunt, quae in hoc loco ponere suadent. Unum est ipse ordo, quem sequitur Matthaeus, quemque invertere non oportet, nisi ubi caussa optima est. Alterum, narratio, quam ille huic orationi continuo subiunxit, ut Christus hominem lepris infectum mundaverit, quaeque illa ipsissima est, quam et Marcus et Lucas iisdem fere verbis, ac Matthaeus, scripsere continuo post illa, quae ex utroque hactenus retulimus, hoc est, post Marc. I, 39 et post Luc. IV, 11. Qui negant eamdem, ac a Marco et a Luca, curationem describi a Matthaeo, imperite eos negare infra demonstrabimus (N. XXXVI), ideo tamen negant, quia illam Christi orationem prius a Matthaeo relatam eamdem esse autumant atque eam, quam Lucas retulit in Luc. VI. At, qua ratione ducantur, ut sic sentiant, non equidem intelligo. Nam Matthaeus ait Christum in montem conscendisse, Lucas e monte descendisse [1]), ille orationem a Christo habitam in ipso monte, hic, postquam Christus e monte descenderat, ille, *cum sedisset* in monte, hic, ut *stetit in loco*

---

[1]) Luc. VI, 17 coll. 12.

campestri. Ut sese extricent, aiunt Christum adscendisse quidem in montem, quod etiam Lucas dixit paulo ante [1], electis autem ibi duodecim apostolis, sicut narrat idem ipse Lucas [2]), mox descendisse, quem descensum Matthaeus silentio praeteriit. Verum, amabo, quid sonant haec Matthaei verba: *Ascendit in montem,* ET, CUM SEDISSET, . . . *aperiens os suum, et cetera?* quid haec, quae post descriptam Christi orationem statim subiunxit: *Cum autem* DESCENDISSET *de monte* [3])? Quid vero est, cur ita, ut illis placet, sentiendam sit? Num semel dumtaxat orationem aliquam longiorem Christus habere potuit, aut debuit, non autem iteram, tertio, pluries? Num eadem est oratio, quam Matthaeus, quamque Lucas descripsit? An non, etsi ambae multas similes, imo et easdem, sententias exhibeant, satis tamen inter se discrepant? Quid denique veri minus simile in hoc, quod eamdem orationem Christus bis habuerit? Enimvero vel ipsae difficultates, in quas sese coniiciunt, qui secus ac nos sentiunt, plus quam satis est, fidei sententiae nostrae conciliant.

No. XXXVI

Qui contendunt superiorem Christi orationem alio esse transferendam, iidem negant hominem a lepria mundatum, de quo Matthaeus nunc loquitur, eum ipsum esse, de quo Marcus et Lucas. Sed perperam. Nam si ipsas narrationes Matthaei, Marci et Lucae, compares inter se, fieri non poterit, quia perspicias, ut alius alium exscripserit, quo posito iam nefas erit vel suspicari non eamdem rem ab omnibus referri, qualem tamen eam esse vel ipsa adiuncta aperte commonstrant. Unum hic animadverte. Christus illum hominem sanavit, sicut Lucas ait, *cum esset in una civitatum,* at Matthaeus dicere videtur id factum, quum Christus in eo erat, ut Capharnaum ingrederetur [4]). Verum is in hanc urbem ingressus, quem in hoc loco Matthaeus commemoravit, a prioribus seiungendus est, inque aliud tempus differendus; quam seiunctionem fieri latinam quidem Matthaei exemplar non prohibet, at graecum omnino sinit, in latino enim est: *Cum autem introisset Capharnaum*, at in graeco: *Εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ εἰς Καπερναούμ Introeunti* vel *Ingresso autem ipsi in Capharnaum*, quae, si probe sentio, tempus rei gestae minus, quam illa, definire videatur.

No. XXXVII

Cur transposuerim Luc. V, 16, lege in Praefationis N. 11; hoc quippe Lucae narrationis series minime immutatur. Huius rei similia habes in NN. CXCVII, CXCIX, CCI.

No. XXXVIII

Iam ordo temporum apud Matthaeum prorsus inverti incipit, quod enim reliquum est capitis VIII, pars inter superiora (N. XXX) referri debuit, pars post alia bene multa, inter ea, quae sequentur, erit distribuendum. Quaestio autem est de primo versu capitis IX, utrum priorum, quae sunt in fine capitis VIII, clausula sit, proinde ab illis non seiungendus; an exordium posteriorum, quae continuo referemus, atque ideo in hoc loco ponendus. Etenim in eo Christus dicitur transfretasse ex orientali ad occidentalem plagam lacui Tiberiadis adiacentem; huc autem eum scimus transfretasse post illa, quae leguntur in fine capitis VIII (NN. LXI. LXII), id enim Marcus memoriae prodidit [5]), contra vero neque Marcus neque Lucas ullius traiectus meminere post hominem a lepris mundatum. Quare hunc versum quidam autumant iungi prioribus oportere veluti clausulam capitis VIII. Verum quum Lucas nunc sit narrationi de homine paralytico, quae incipit in secundo versu capitis IX, eamque Matthaeus exordiatur verbis *Et ecce*, quae posteriora a prioribus avellere minime sinunt [6]), alii contendunt versum illum primum capitis IX, non clausulam esse capitis VIII, sed exordium narrationis de paralytico, atque in hoc loco ponendum. Sed levi negotio lis componitur. Dividendus, inquam, est versus, ac prima huius pars, in qua est de traiecta, illis iungenda, quae sunt in fine capitis VIII, altera, in qua de Christi adventu Capharnaum, iis, quae continuo sequuntur. Neque enim tanti sit oportet auctoritas Roberti Stephani, ut religioni habeamus vel latum unguem recedere ab ea partitione in versiculos, qua Novum Testamentum distinxit.

Ceterum Christum, postquam illius hominis lepras sanaverat, et ante huno adventum Capharnaum in regionem transiordanicam ivisse, indeque in Galilaeam remeasse, idque pluries fortasse, utrum

[1]) Ib. 12. [2]) Ib. 13—16. [3]) Matth. VIII, 1. [4]) Conf. Matth. VIII, 5. [5]) Marc. V, 21 coll. 1—20. [6]) Lib. III. Diss. XV. n. 11; Diss. XXVII. c. III. n. 12; Diss. XXXVI. n. 8.

lacu traiecto, an terrestri itinere, incertum apparet ex eo, quod Marcus post illam sanationem relatam, et ante quum hunc adventum referret, dixerit Christum inter haec latuisse in desertis [1]; at circa Capharnaum, hoc est, in Galilaea citraque lacum Tiberiadis, deserta nulla erant, sed ultra.

Quam autem Matthaeus vocat *civitatem suam*, Christi videlicet, et in quam eum venisse ait, non aliam esse, quam Capharnaum, ubi Christus, quum in Galilaea versabatur, plerumque degebat, neque de Nazaretho procul a Tiberiadis lacu in montibus posito mediterraneis esse cogitandum, pro comperto est; exinde enim Matthaeus, Marcus, et Lucas eadem narrant (N. XXXIX), eaque Marcus partim Capharnaumi Marc. II, 1, partim extra hanc urbem prope lacum Ib. 13 gesta dixit.

No. XXXIX

Ea, quae modo dicta sunt, atque adeo ipsa triplicis huius narrationis de homine paralytico comparatio plane evincunt tres evangelistas omnes unam atque eamdem rem narrare. Attende autem, ut item omnes cum hac narratione de paralytico illam de publicano, quae statim sequitur, arcte connectant. Matthaeus ita loquitur: *Et cum transiret inde*, graece: *Καὶ παράγων ἐκεῖθεν et praeteriens inde*, sicut apud Marcum in Marc. II, 14 hoc ipsum participium *παράγων* redditum est a latino interprete verbis *cum praeteriret*. Marcus ita: *Et egressus est rursus ad mare*, nempe e domo, in qua priora egerat, atque ex urbe Capharnaumo, in qua tunc morabatur. Ita denique Lucas: *Et post haec exiit*, utique domo. Neque illud nobis quis regerat, quod in Matth. XII, 9 verba *cum inde transisset* neququam impedimento futura sint, quominus id, quod in eo loco Matthaeus narrare adgreditur, alio tempore factum dicamus, quam quod antea narravit, quum longe alia ratio sit verbi plusquamperfecti *transisset* ac imperfecti transiret, sicut et in graeco exemplari longe aliud sonat *παράγων* participium temporis praesentis verbi *παράγειν*, quod in primo, ac *μεταβὰς* participium *ἀόριστον* verbi *μεταβαίνειν*, quod in altero horum locorum Matthaeus adhibuit. Nemini igitur dubium esse potest, quod haec narratio de publicano cum priore, quae est de paralytico, sit copulanda. Iam vero, quum prior in tribus evangeliis una atque eadem sit, narrationem quoque hanc posteriorem eamdem in omnibus esse liquet. Hoc dictum est illis, qui narrationem hanc Matthaei separant ac dividunt a Marci et Lucae narrationibus, eo quod negant Matthaeum, de quo Matthaeus ipse haec narrat, eumdem hominem esse, ac Levim, de quo haec eadem narrant Marcus et Lucas. Qua tota de re alias fusius disputavimus [2].

No. XL

Post ea, quae in proximum caput coniuncte retulimus ex Matthaeo, ex Marco, et ex Luca, hi omnes continuo ordine describunt quaestionem habitam de ieiunio, quod Baptistae discipuli observabant. Quare hic relinquenda videretur ea pars capitis IX Matthaei, in qua est de quaestione hac, quaeque continetur versibus 14—17. Attamen, quominus faciam, prohibet me versus 18, quo Matthaeus loqui incipit de filia cuiusdam principis, Iairi archisynagogi, a Christo ad vitam revocata, atque ita incipit, ac si id contigisset statim, ut superiori quaestioni Christus responderat, ait enim: HAEC ILLO LOQUENTE *ad eos ecce princeps accessit, et cetera;* tametsi ex Lucae, atque adeo ex Marci evangelio appareat multos post menses, ex quo illa quaestio habita fuerat, id factum. Alterutrum igitur fiat necesse est, ut quaestio de ieiunio vel a posterioribus seiungatur, utpote una atque eadem eius, quae est in Marco et in Luca, vel a prioribus, utpote denuo, sed alio tempore, agitata, ut, inquam, caput hoc nonum interrumpas vel post versum 17. vel post versum 13. Facile autem vides, ut ordinem capitis non religiosius ipse servaveris, si illud bifariam ita dividas, ut prima pars sit Matth. IX, 1—17, altera Matth. IX, 18—35, quam si ego primam esse dixero Matth. IX, 1—13, alteram Matth. IX, 14—35. Utrum fieri praestet, iudicium pendet ex altera quaestione, utrum ad posteriora prioribus copulanda maior vis insit particulae *tunc*, a qua initium capit versus 14, quaeque frequentissime usurpatur a Matthaeo, ita tamen, ut tempus nullum certum ac definitum designet, an verbis *Haec illo loquente*, quae nihil significare aliud possunt, quam *Quum ea loquebatur, quae proxime relata sunt.* Quid de his statuendum sit, neminem latere arbitror, ne illos quidem, qui quaestionem de ieiunio hic relinquunt, narrationem de puella ad vitam reducta alio transponunt. Hi enim, quum pervident, ut, hac narratione alio translata, nihil sit, quo spectare queant verba

---

[1] Marc. I, 45. [2] Lib. I. c. I. q. I. nn. 2 seqq.

Haec illo loquente, narrationem hanc ipsam invertunt, versusque 18 et 19 collocant inter versus 22 et 23. Quod quidem quam inconsiderate, nedum audacter, exsequantur, in loco palam erit (N. LXV). Interea animadverte, eos, qnum sic agunt, positum habere, rerum ordinem, qui est in evangelio Matthaei, non eum esse, in quem Matthaeus ipse res digessit atque descripsit, sed tempore incuriaque perturbatum. Enimvero id numquam dedero, quod neque ullo argumento valent confirmare, neque, cur factum suspicemur, satis sunt causae. Quibus quum mihi persuasum sit quaestionem illam de ieiunio ab historia puellae redivivae non esse divellendam, ambas coniunctim alio transferri oportere existimavi. Haud equidem diffiteor sentire me fore plerosque, quibus minime id sim probaturus. Hi tamen, velim, meminerint, se illud debere, ut evincant, quod, sicut dixi, positum habent, ordinem rerum in evangelio Matthaei non eum esse, quem ipse in scribendo sequutus est, sed qualis evasit librariorum incuria; quod tamen numquam praestabunt, nisi si simul effecerint, non aliam, praeter hanc, quae ipsis esse videtur, immutati temporum ac rerum ordinis in evangelio Matthaei caussam esse potuisse. Cetera, quae ad hunc Matthaei locum illustrandum pertinent, in alio loco edisseruimus [1]). Cur ergo, inquies, quaestionem de ieiunio a Marco descriptam hic reliquimus, siquidem Marcus ideo in hunc locum eam retulisse videtur, quia hic illam repererat apud Matthaeum? De me quidem licet eam transferas, si lubet. Ne vero ipse transferrem, non una ratio desuadebat. Atque illa cum primis, quod nihil tale est in Marco, quale est in evangelio Matthaei, cur ordinem in hoc loco attendamus. Insuper apud Matthaeum, statim post illam quaestionem, historiam quoque de Iairi filia Marcus repererat, quam tamen historiam a quaestione divulsam alio transtulit; ex quo intelligimus consulto eam quaestionem hoc in loco a Marco fuisse relictam. Denique Lucas, utpote ex ordine res gestas describens, fidem facit in ipso convivio, quo Matthaeus Christum excepit, quodque Matthaeus quoque ipse et Marcus descripserunt, de illa quaestione actum fuisse. Ad haec considera, ut in Marci narratione nonnulla legantur, quae satis sunt, cur eam aliam dicamus narratione Matthaei. Neque enim Marcus ait sicut Matthaeus, ipsos Baptistae discipulos ad Christum venisse, sed ita loquitur: *Et erant discipuli Ioannis et Pharisaei ieiunantes*, idque facit, quod alias solet, quum de aliquo Iudaeorum ritu deve consuetudine iis, quibus scribit, incomperta mentionem iniecturus est, ut prius lectores de eo ritu ac consuetudine doceat [2]). Neque verba *veniunt, et dicunt*, quae subiunxit, de ipsis Ioannis discipulis dicta esse putandum necessario est, sed de convivis paulo ante commemoratis [3]), ut verbum ἐρχεσθαι *venire*, non aliquos illuc foris *advenisse*, sed, qui convivio aderant, ad Christum *accessisse*, significet in hoc loco, aeque ac in aliis huius evangelii [4]) Rem sic se habere hinc quoque intelligere datur, quod apud Marcum, non, sicut apud Matthaeum, ipsi Ioannis discipuli de se, sed alii de his interrogantes inducantur.

No. XLI

Neminem haec trium evangelistarum capita comparantem fugere potest, cur Matthaei caput XII huc fuerit retrahendum. Quidquid autem sentire lubeat de *sabbato secundo primo*, cuius Lucas meminit in hoc loco, illud certo constat, utpote quod Lucas ipse nos docuit, hoc sabbatum incidisse in id tempus, quo segetes quidem ita iam maturuerant, ut grana e spicarum folliculis elici manu eas confricando possent, nondum tamen messis esset absoluta. Tempus igitur erat vernum, medium inter dies festos paschatis et pentecostes, quod pascha alterum fuit e quatuor postremis vitae Christi.

No. XLII

Lege, quae diximus in N. XXXIX et in Lib. I. c. III. n. 65.

No. XLIV

Duo in Lucae narratione notare iuvat, quae certiores nos faciunt ordinem rerum gestarum priorum et posteriorum, quae in hoc caput relatae ab eo sunt, eum ipsum esse, in quem eas digessit. Primo enim ait, quae dicturus est de creatione apostolorum, acta esse ἐν ταις ἡμεραις ταυταις *in ipsis diebus*, videlicet quibus prius gesta fuerant ea, quae proxime narraverat [5]). Deinde creationem apostolorum, descensum de monte, et stationem *in loco campestri* unica atque, ut ita dicam, solida

[1]) Lib. I. c. III. n. 63. [2]) Lib. I. c. II. n. 58. [3]) Marc. II, 15. 16. [4]) Marc. V, 33 coll. 27; XIV, 3 coll. Io. XII, 1—3. Conf. Marc. IX, 13; XIV, 45 coll. 43. [5]) Luc. VI, 6—11. N. XLII.

refert constructione verborum, quae continentur versibus 13—17, atque ita loquitur: *Και, ὁτε ἐγενετο ἡμερα, προσεφωνησε τους μαθητας αὐτου, και ἐκλεξαμενος ἀπ᾽ αὐτων δωδεκα, οὑς και ἀποστολους ὠνομασε, Σιμωνα κ. τ. λ. . . ., και καταβας μετ᾽ αὐτων, ἐστη ἐπι τοπου πεδινου* ***Et, quum factus est dies advocavit discipulos suos, et, quum elegisset ex eis duodecim, quos et apostolos nominavit, Simonem, et ceteros . . . ., et, quum descendisset cum ipsis, stetit in loco campestri***, quae constructio, quinam rerum gestarum ordo fuerit, ostendit manifesto, evincitque ea, quae mox narrabuntur, post illa, quae modo narrata sunt, acta esse.

No. XLV

Ex iis, quae diximus (NN. XLI—XLIV), efficitur longiorem hanc Christi orationem in hunc locum esse referendam, deceptumque iri eum, qui ductus similitudine, quam ea habet cum altera Christi oratione a Matthaeo descripta [1]), ponendam putaret, ubi haec altera posita a nobis est, veluti unam atque eamdem. Lege N. XXXV.

No. XLVI

Si quem forte offendat difficultas, quae est in his Matthaei et Lucae narrationibus componendis, atque ideo putet non eamdem rem ab utroque descriptam, is bosce Matthaei versus superius ponat necesse est, sicut est ordo ac series huius capitis VIII, ante versus 14—17, in quibus est de sancta Petri socru (NN. XXIX. XXX), verbaque ***Cum autem introisset Capharnaum*** coniungat verbis ***Et ingrediuntur Capharnaum***, quae sunt in Marc. I, 21, tum reliqua inserat, quae in hoc loco Matthaeus narrat, deinde ea, quae apud Marcum post illa verba et apud Lucam leguntur (N. XXIX). Quod si malles hanc Matthaei *περικοπην* a prioribus, quae sunt in ipso capite VIII, non avellere, sed ponere post N. XXXVI, illud incommode accideret, quod mox in N. XXXVIII alium Christi adventum Capharnaum commemoraret Matthaeus, qui proxime rem descripsisset a Christo gestam, quum Capharnaomi is adhuc esset. Verum, quantumvis gravis ea difficultas videatur, quum vincere oportet, ut hanc Matthaei narrationem cum narratione Lucae coniungamus, in graviorem fortasse incidas, si ambas separare tentes, quum gravissima sint momenta rationum, quae utramque conferentibus suadent, atque adeo, si ita loqui fas est, imperant credere eas, non de duabus, sed de una atque eadem re esse conscriptas. Utrobique enim est de urbe Capharnaomo, utrobique de centurione deque centurionis puero, hoc est, famulo aegrotante, eadem utrobique centurionis precantis verba, eadem Christi verba precibus annuentis, neutra vero obvia aut translatitia. At enim Matthaeus ait centurionem ipsum ad Christum venisse, Lucas nuntios huic missos a centurione, imo per hos centurionem professum se ausum minime esse ad Christum adire, utpote qui se tali honore haud dignaretur. Ut nodum hunc solvant, quidam aiunt verbum *προσηλθεν* ***accessit*** a Matthaeo usurpatum esse, ut significaret non aliud eo, quod Lucas significavit verbo *ἐπεμψε* ***misit***. Ast, ne hoc tantumdem sit, ac si vim verbis inferas, equidem apprime vereor. Itaque, ut dicam quod sentio, levi negotio id totum compones, si Matthaei verba ***accessit ad eum centurio*** reliquamque narrationem inseras inter versus 8 et 9 narrationis Lucae, dicasque centurionem, etsi prius ausus non esset ipse Christum adire, mox tamen adductum rei, quam petebat, desiderio, mutata sententia, ipsum advenisse. Quo posito ex versu 10 Lucae apparet id unum concludendum, nuntios ante centurionem, qui eos miserat, domum reversos esse.

No. XLVII

Iis, quae sunt in Marc. III, 20. 21 locus est inter centurionis servum sanatum, interque viduae Naimitidis filium vitae restitutum. Etenim in versu 20 haec legimus: ***Et veniunt ad domum***, quam autem in domum, nisi in illam, in qua per illos dies Christus habitabat? Atqui urbs, quam Marcus proxime commemoraverit alia non est, quam Capharnaum [2]), quaeque deinceps huc usque retulit, eodem ordine narrata etiam a Luca, ea non modo suspicionem non iniiciunt, sed suspicari vetant in aliam urbem per eos dies Christum profectum esse. Quare domus, cuius Marcus meminit, ea est quam Christus tunc habebat in hac urbe. Id porro comprobat comparatio narrationum Marci et Lucae. Uterque narrat, ut Christus, quum montem conscendisset, inibi duodecim apostolos elegerit. Tum Lucas, descripta longiore oratione, quam Christus habuit, statim ac ex illo monte descenderat,

---

[1]) Matth. V—VII. [2]) Marc. II, 1.

hunc reversum dicit Capharnaum, Marcus vero, omissa illa oratione, ait Christum domum rediisse. Quis autem minime sentiat hanc domum reditionem esse illam ipsam reversionem Capharnaum? Iam vero Matthaeus et Lucas scripsere Christum a centurione rogatum aegrotantis pueri sanitatem, ut ille *intraverat* Capharnaum, totaque re fuse descripta Lucas continuo subiunxit Christi iter ad urbem Naim. Quare tota historia ita est digerenda, ut primo ponatur Christi ingressus Capharnaum a Matthaeo et a Luca commemoratus, deinde sanitas reddita centurionis puero, tum Christi reditus domum, cuius Marcus meminit, postremo iter arreptum versus Naim.

No. XLVIII

Nunc locum esse historiae de vidua Naimitide, videlicet ubi fert ordo rerum a Luca observatus, tum ea docent, quae modo diximus, tum Lucae verba *ἐν τῇ ἑξῆς deinceps*, tum initium insequentis narrationis de Baptistae discipulis magistro suo renuntiantibus, quae Christus egerat prope portam urbis Naimi [1]). Haec et similia in hoc opere, quod componimus, notare iuvat, ne cuius forte animo dubitatio subrepat, quominus rerum ordinem a Luca narratarum securius sequatur.

No. XLIX

Matthaeum in Matth. XI, 2—19 eadem ipsa illa narrare, quae Lucas in Luc. VII, 18—35, nemini non liquet; ea vero in hoc nostrae *συναλλάξεως* caput esse referenda, efficitur ex illis, quae animadvertimus in N. XLVIII. His autem quidam subiungunt Christi verba, quae Matthaeus continuo descripsit [2]); at Lucas ea in alium locum retulit [3]). Certe quidem nihil est, quo cogamur hic ea relinquere. Quin imo ipse Matthaeus nobis suadet, ut credamus haec alio tempore fuisse a Christo prolata; nam quum his referendis initium fecerit adhibita, ut solet, particula *τότε tunc*, paulo post inserit illa item ipsi usitata *ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ in illo tempore respondens Iesus*. At quorsum, siquidem una oratio illa fuisset, atque habita simul ac de Ioanne Baptista ea Christus loquutus fuerat, quae sunt in Matth. XI, 7—19? Pro comperto igitur est, quae legimus in Matth. XI, 20—30, non unam, sed duas esse orationes alio atque alio tempore habitas, cum inter se, tum a prioribus distinctas, a Matthaeo autem in hoc caput relatas, non ut quas Christus pronuntiaverit statim post illa, quae dixerat de Baptista, sed alia qua demum cumque de caussa. Quid vero, quod Lucas quoque haec eadem Christi verba relata in Matth. XI, 20—30 literis consignaverit, in duas tamen oratiunculas, eodem plane modo, ac sunt apud Matthaeum, distributa, quarum alteram uno die [4]), alteram alio [5]), dictas a Christo fuisse ait? Quare satius futurum putavi, si haec eo transferrem, quo Lucas retulit. Lege NN. XCV. CI.

No. L. LI

Necem Ioannis Baptistae a Matthaeo et a Marco descriptam non tamen eo loco esse, quo oportebat, ipsi testantur, quum eam narrant, postquam mentionem inierant Herodis suspicantis Iesum non alium hominem fuisse, quam Ioannem redivivum [6]). Nex illata Ioanni fuerat, antequam Christus Hierosolymae festum diem ageret, de quo est in capite V evangelii Ioannis; per illos enim dies Christus alloquens Hierosolymitas haec de Baptista dixit: *Ille* ERAT *lucerna ardens et lucens* [7]); tunc igitur Baptista in vivis esse iam desierat. Iter, quod Christus fecerat ad illud sollemne, oportet in id tempus incidisse, quo, sicut legimus apud Lucam initio capitis VIII, *ipse iter faciebat per civitates et castella, et cetera* [8]), ita ut unum horum, quae universim commemorantur a Luca, sit illud iter Hierosolymam, de quo Ioannes in capite V evangelii; sicut enim percommode caput hoc quintum Ioannis post haec Lucae verba colloces, ita, quo iaseras, non facile locum alium reperies. Narrationi igitur de Baptistae nece ante haec ipsa verba, hoc est, ante caput VIII Lucae locus sit oportet. Idque eo insuper confirmari videtur, quod ea nex merito credi possit caussa fuisse, cur Christus suo munere plenius latiusque fungi inciperet, atque adeo huc illuc peragrare institueret. Non tamen potest haec narratio poni ante caput VII evangelii Lucae, in quo est de legatione a Ioanne Baptista ad Christum missa, secundum quam illud caput absolvitur descriptione convivii, quo Simon Pharisaeus Christum excepit. Nisi igitur putare malis Baptistam interfectum mox a missa legatione, saltem ante illum diem, quo die Christus apud Simonem prandit, ideoque huius necis

[1]) Luc. VII, 18. [2]) Matth. XI, 20—24. [3]) Luc. X, 1—15. N. XCV. [4]) Luc. X, 13—15. N. XCV. [5]) Luc. X, 21. 22. N. CI. [6]) Matth. XIV, 1. 2; Marc. VI, 14—16. [7]) Io. V, 35. [8]) Luc. VIII, 1—3.

historiam inserere inter versus 35 et 36 capitis VII Lucae, ea inter capita VII et VIII inseratur necesse est: hocque alterum fieri praestat, utpote quod ratio illa eadem suadeat, quam diximus, ut credere sit itineribus, quae Lucas in hoc loco commemorat, Christum sese commisisse statim ab accepto nuntio necis Ioanni Baptistae illatae.

No. LII

Itinera, quorum hic est mentio, facta esse a Christo post illum diem, quo exceptus convivivio fuit a Simone Pharisaeo (N. L), non modo ordo historiae a Luca contextae, testatur, sed expresse Lucas affirmat usurpans illa *ἐν τῷ καθεξῆς deinceps* in ipso huius capitis exordio.

No. LIII

Dies festus, de quo in Ioannis capite V, creditur a plerisque esse pascha alterum post Christi baptismum. Verum, sicut iam animadvertimus (N. L), quum Christus hunc diem festum egit, Baptista iam fuerat interemptus, qui tamen discipulos suos ad Christum legaverat, sicut ex evangelio Lucae colligimus, aliquammulto tempore post sabbatum *secundoprimum*, quod incidebat in dies messis (N. XLI). Vixerat igitur Baptista ad aliquod temporis spatium post illud alterum pascha, proinde non paschatis illius alterius mentio esse potest ea, quam diei festi Ioannes fecit in capite V evangelii. Sed neque paschatis tertio post Christi baptismum celebrati. Etenim Christus quinque panes multiplicavit ante hoc tertium pascha [1]), attamen post illum diem festum capitis V, ut Ioannes ipse aperte testatur [2]), imo haud breviore temporis post illum spatio, quam sex fere mensium, quot intercedunt inter postremum anni sollemne, ad quod Hierosolymam ire Iudaeis mos erat, interque pascha anni insequentis. Iam vero, praeter pascha, duo erant dies festi, quibus, sicut Christus tunc fecit, Hierosolymam conveniebant, pentecoste et scenopegia; alteruter igitur horum fuerit oportet, ille, de quo quaerimus. Quae gesta enumerat Lucas a sabbato *secundoprimo* ad id tempus, quo Christum *per civitates et castella* iter facientem inducit, et ante quod tempus locum non indicat, qui esse quiverit ipsius Christi itineri Hierosolymam, plura profecto ea sunt, quam quae ante sollemne pentecostes gesta credantur, praesertim si memineris, ut pauca omnino eorum, quae Christus egit, ab evangelistis referantur. Quare dies festus a Ioanne in hoc quinto evangelii sui capite commemoratus alius esse nequit, quam scenopegia secundo acta post Christi baptismum.

No. LIV

Post actos Hierosolymae dies scenopegiae, de quibus Ioannes loquutus est in capite V, Christus, sicut idem ille nos docuit [3]), in Galilaeam fuerat reversus. Haud multo post, sic enim efficitur ex earum rerum serie, quae per id tempus usque ad proximum pascha gestae referuntur, ea evenere, quae hoc in loco descripsimus. Non est cur demonstremus cum Luc. VIII, 4—18 componenda esse ea, quae sunt in Matth. XIII, 1—53 et in Marc. IV, 1—34, quum id per se pateat. Illud adnotandum, quod, quum Marcus res Christi gestas, quae sunt in Marc. III, 24—IV, 34 eo ordine retulerit, quo descriptas repererat in Matth. XII, 1—XIII, 35, quumque Matthaeus easdem illas non secundum tempora digesserit, hinc caussa exstiterit, cur Marci quoque narrationes invertere iam cogimur. Ne cui vero difficultatem aliquam hac in re facessat adverbium *πάλιν iterum*, quod est in Marc. IV, 1, is animadvertat spectare illud non ad aliquod eorum, quae narrantur in Marci III, 22—35 nunc a nobis omissa alioque transponenda, sed ad Marc. II, 13 et III, 7—12, quae superius suo loco posuimus (NN. XXXIX. XLIII.

No. LV

Parabolarum descriptarum in Matthaei XIII, 24—30 et in Marci IV, 26—29 utramvis licet ante alteram ponas pro lubito. Lege, quae de parabolis dicemus in N. CX.

No. LVI.

Ut rerum seriem, quam fieri potest, *χρονικῶς* digeramus, huc transferimus interpretationem parabolae de seminibus diverse iactis, hucque eam transferendam esse Matthaeus et Marcus, veluti iuncta

---

[1]) Io. VI, 5—13 coll. 4. [2]) Ib. t. [3]) Io. VI, 1.

opera, ipsi nos monent. Matthaeus enim in Matth. XIII, 34 aperte ait, idque ipsum ex Marc. IV, 33 coll. 34 colligimus, ea *omnia*, quae sunt in capite XIII evangelii Matthaei a versu 1 ad 9 et a 24 ad 33, quaeque in capite IV evangelii Marci ad versum 32, exceptis versibus 21—25, loquutum esse Iesum *in parabolis ad turbas*; quumque statim Matthaeus haec addiderit: *Tunc Iesus dimissis turbis venit in domum, et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri* [1]), unam illarum, quas paulo ante *locutus est Iesus .... ad turbas*, sicut suspicari non est discipulos huius parabolae interpretationem quaerere in aliud tempus distulisse, ita apparet illas omnes parabolas dictas fuisse a Christo, quum is, sicut uterque evangelista narrat, in navim conscenderat inque eadem consederat, ut inde turbam illam in litus congregatam alloqueretur. Iam vero Marcus ait Christum parabolas, quas in concione narrabat, κατ' ἰδίαν SEORSUM ... *discipulis* edisserere solitum fuisse. Quare, quum interpretationem parabolae illius primae de semente diverse iacta Christus discipulis iisque id rogantibus dixerit, sicut, praeter Matthaeum et Marcum, Lucas quoque memoriae prodidit, consequens est eam dixisse, non inter ceteras parabolas, quas eo die turbae narraverat, sed postquam *dimissis turbis venit in domum*, neque in eo loco, in quo a Matthaeo et Marco descripta est, eam esse relinquendam, sed transponendam post verba, quibus Christi domum reditionem Matthaeus commemoravit. Aperte id Marcus porro testatur, qui hanc interpretationem descripsit quidem in eo loco, in quo descriptam a Matthaeo repererat, ait tamen petitam fuisse a discipulis, quum Christus *esset* καταμόνας SOLITARIUS, quae consonant illis, quibus post relatas has omnes parabolas concludit: καθ' ἰδίαν SEORSUM *autem discipulis suis disserebat omnia* [2]).

No. LVII

Lege N. LVI. Neminem impedire potest verbum προσῆλθον, quasi si supervacaneum esset, quippe quod ea quoque, quae proxime descripsimus [3]) initium ducant a verbo προσελθόντες; non enim hoc verbum *aliunde advenire* semper significat, sed, sicut latine hic et alibi versum est, *accedere, appropinquare*, deque iis quoque dicitur, qui praesentes adsunt [4]), non secus ac verbum ἔρχεσθαι [5]), de quo quae dicta sunt in N. XL, relegenda. Et re vera non magis verbum προσῆλθον in hoc, quam προσελθόντες in priore loco vacaret, in quo id narratur, quod quum accidit, aderant Christo discipuli, audierantque ea, quae is dixerat, deque his eum interrogabant, ipse vero sedebat in navicula [6]), quae discipulorum fuisse credenda est.

Parabolae, quotquot Matthaeus congessit in hoc caput XIII, tum quas ante, tum quas post Christi domum reditionem descripsit, omnes de *regno caelorum* dictae fuerunt. Cur igitur priores populo publice, quum posteriores, si ad locum spectes, in quem Matthaeus eas retulit, solis discipulis narratae videantur, maxime quod has Christus concluserit eos interrogando, qui aderant, quos utique discipulos fuisse putandum est, an *haec omnia* intellexissent? Verum, ut has quoque credamus populo fuisse dictas, non modo argumenti similitudo, sed et ratio suadet, qua Matthaeus eas retulit. Primo enim illam parabolam posuit, quam ipse expresse ait turbis fuisse a Christo narratam [7]). Deinde inserit huius primae parabolae interpretationem [8]), quam tamen Christus, sicut demonstravimus (N. LVI) interpretatus non fuit, nisi postquam *dimissis turbis venit domum* [9]). Tum addit alias parabolas [10]), quas ipse testatur, aeque ac primam, populo dictas fuisse [11]). Denique narrat Christum domum rediisse [12]), et secundam parabolam, in qua est de zizaniis, discipulis explanasse. Postremo describit ceteras parabolas, quae leguntur in Matth. XIII, 44—51. Sicut igitur post interpretationem primae parabolae domi a Christo habitam, solis discipulis praesentibus, alias parabolas populo dictas posuit, ita iure credimus populo dictas illas quoque fuisse, quas posuit post secundae parabolae interpretationem. Adde, quod eas omnes exordiatur adverbio πάλιν *rursus*, Matth. XIII, 44. 45. 47, quod, non a Christo, sed ab ipso Matthaeo transitionis loco usurpatum videtur, respondetque formulis *Aliam parabolam proposuit* [13]), *Aliam parabolam locutus est eis* [14]), quibus priores parabolas omnes, quae post primam sunt, exorditur.

Hoc posito, quod hae quoque posteriores parabolae populo narratae fuerint, non tamen necesse est, invertamus ordinem, in quem a Matthaeo sunt digestae, ponamusque Matth. XIII, 44—51 continuo post Matth. XIII, 33. Credere enim est Christum publice primum eas turbis dixisse, deinde,

---

1) Matth. XIII, 36. 2) Marc. IV, 34. 3) Matth. XIII, 10—23. N. LVI. 4) Matth. VIII, 25; XV, 12. 23; XVII, 7 etc. 5) Ib. XIV, 23; XV, 25 etc. Marc. II, 18 etc. 6) Matth. XIII, 2. 7) Ib. 3—9 coll. 2. 8) Ib. 10—23. 9) Matth. XIII, 36. 10) Ib. 24—33. 11) Ib. 34. 12) Ib. 36. 13) Ib. 24. 31. 14) Ib. 33.

quum domi esset, post duas primas harum parabolarum, alteram de semente diversa, alteram de zizaniis, discipulis explicatas, percontatum eos esse de ceteris parabolis, quas populo dixerat, quasque tum summatim repetiit, an has intellexissent.

Quae vero sunt in versu 52, unis discipulis ea dicta fuisse hinc intelligimus, tum quod discipulorum responsioni Christus haec subiunxisse dicatur, tum quod horum materies, non ad populum, qui docendus est, sed ad eos, qui hunc docturi sunt, quod apostolorum munus fuit, pertineat, tum quod post reditionem domum prolata fuerint, sicut infra (N. LIX) ostendemus.

No. LVIII

Hanc Marci *περικοπην*, non una cum insequentibus versibus 26—34 (N. LV) connectendam, sed minime a prioribus 10—20 (N. LVI) dissociandam, proinde una cum his transferendam, atque in hoc loco ponendam esse liquet, tum ut ibi sit, ubi postulat ordo, quem Lucas sequitur, tum quia et Marcus ipse ait, et ex Lucae VIII, 16 coll. 9—15 comperimus haec, non populo, sed discipulis Christum esse loquutum. Marcus ita exorditur: *Και ἐλεγεν αὐτοις Et dicebat ipsis*, discipulis videlicet, quorum proxime mentio facta est. Mox vero alias parabolas referens, quas populo Christus narraverat, ita simpliciter infit: *Και ἐλεγεν Et dicebat* [1]. Quod aiebam, hanc Marci *περικοπην* a superiore non oportere dissociari, id ita intelligi volui, ut nulla alia sit huius evangelii pars inter utramque interiicienda, non vero, ac si altera alteri continuo subiungenda foret. Quinimo nemini, puto, non liquet, de eodem argumento esse in Marci IV, 21. 22, ac est in Matthaei XIII, 52, nisi quod apud Matthaeum apostolorum ceterorumque doctorum munus atque officium, apud Marcum muneris huius caussa et ratio, certis quibusdam imaginibus, demonstrantur, proinde his Marci versibus, non ante, sed post illos Matthaei locum esse. Id ipsum eo etiam efficitur, quod, quae primo loco leguntur in Matth. XIII, 51, hoc est, Christi interrogatio et discipulorum responsio, sint pars interpretationis parabolarum prius dictarum, post quam demum interpretationem absolutam, non autem ante, a Christo ea prolata esse, quae his Marci versibus continentur, colligimus ex ordine, quo, non modo Marcus ipse, sed et Lucas haec ad superiora adtexuerunt.

No. LIX

Si quis forte ex verbis *ὁτε ἐτελεσεν ὁ Ἰησους τας παραβολας ταυτας cum consummasset Iesus parabolas istas*, consequi antumat, ea quoque, quae sunt in Matth. XIII, 52, quamquam discipulis dicta, tamen una cum prioribus parabolis publice Christum coram populo loqutum esse, antequam domum reverteretur, atque ideo verbis *μετηρεν ἐκειθεν transiit inde* significari Christi reditum a lacu in suam domum, is primo consideret, ut Matthaeus superius [2] hunc reditum iam commemoraverit, deinde, ut verbum *μεταιρειν* non reditum, multoque minus eum, qui domum fit, sed discessum alio profectionemque, in quem sensum illud accepere idem ipse Matthaeus in alio loco [3] et Aquilas [4] indicet. Non tamen credere est id, quod dicimus, confirmari iis, quae Matthaeus continuo subtexuit [5]; haec enim alio tempore acciderunt. Lege N. LXVII. Sed neque haec profectio, quum significat verbum *μετηρεν*, una et eadem putanda est atque illa, quam in Matth. VIII, 18 memoratam mox descripturi sumus (N. LXI), quum inter utramque illud factum sit, quod statim afferemus (N. LX).

No. LX.

Nullo modo Lucas definit tempus, quo Iesu propinqui ad hunc venerunt, sed nos solummodo docet eos venisse intra id temporis, quod inter ea intercesserat, quae antea, quaeque postea descripsit. Quum illi venerunt, maxima hominum frequentia Iesum circumstabat Luc. VIII, 19, domi tamen erat, quod apparet ex adverbio *ἐξω* foris Ib. 20. Non igitur venerunt, quum superiores parabolas discipulis explicabat ceteraque loquebatur, quae sunt Ib. 9—18, tunc enim populus aberat [6] solusque domi cum illis manebat [7]; proinde alio die, aut certe alia hora. Quare profectio, de qua in Matth. XIII, 53, quaeque facta est post parabolas illas absolutas explicatasque (N. LIX), fuit ante hunc propinquorum adventum. Quibus positis constat de ordine, in quem haec disposuimus. Cur autem non cum hac Lucae narratione eam composuerimus, quae est in Matth. XII, 46—50 et in Marc. III, 31—35, rationem alias aperiemus (N. CV).

[1]) Marc. IV, 26. 30. [2]) Matth. XIII, 36. [3]) Matth. XIX, 1. [4]) Gen. XII, 8. [5]) Matth. XIII, 54. [6]) Matth. XIII, 36.
[7]) Marc. IV, 10 coll. 34.

No. LXI

Comparatio rerum, quas nunc et deinde Matthaeus, Marcus, et Lucas deinceps narrant, certiores nos facit tum has tum insequentes (NN. LXII. LXIII) illorum narrationes coniunctim ponendas esse. Non est ergo dubium de una atque eadem lacus traiectione mentionem fieri in Matth. VIII, 18, in Marc. IV, 35, et in Luc. VIII, 22. Ast Marcus affirmare videtur lacum a Christo traiectum vespere eiusdem illius diei, quo is superiores parabolas narraverat. Si res sic se haberet, Matthaeus dicendus foret de huius traiectionis initio loqui in capitis XIII versu 53 (N. LIX), cui versui ea continuo subiungere oporteret, quae idem ipse scripsit in Matth. VIII, 18, et quibus eamdem historiam exorditur, quam Marcus et Lucas in hoc loco. Quibus positis, ea, quae sunt in Luc. VIII, 19—21, ponenda essent inter versus 52 et 53 illius capitis XIII Matthaei. Sunt tamen, quae nos compellunt verba illa Marci in alium sensum accipere. Etenim conferentibus, quae Matthaeus dicit in Matth. XIII, 53, quaeque in Matth. VIII, 18, liquet non de una et eadem utrobique, sed de alia atque alia profectione eum loqui, quum in primo loco narretur Christus ex ipsa domo profectus esse, in qua alii non erant, nisi eius discipuli, in altero consilium cepisse lacus traiiciendi, eo quod ingens multitudo ipsum circumstaret, idque, ut videtur, in ipso litore. Quod si non eadem profectio utrobique narratur, nisi contendere velis intra unum diem bis alio Christum discessisse, primam profectionem uno die, alteram alio factam dicas necesse est, quumque altera sit illa ipsa, de qua loquitur Marcus, nequeunt huius verba illud, quod supra diximus, significare, inque illum sensum accipi. Quid vero, quod Lucas de hac ipsa profectione ita loquitur? ***Factum est autem*** *ἐν μιᾳ των ἡμερων* ***in*** UNA ***dierum, et ipse ascendit in naviculam.*** Cur, inquam, ita loquutus est, siquidem hic ille ipse dies fuit, quo parabolas proxime ab eo relatas Christus narraverat? Licet utique illud positum habeamus, aliqua fuisse, de quibus scriptores *θεοπνευστοι* dubitarent, aut quae etiam ignorarent, (quae res facto confirmatur) [1], idque ea ratione efficitur, quod divina inspiratio eo spectet, ut nihil falsi illi proferant, non autem, ut, quidquid veri est, id totum referant, item, ut ne dubia pro certis tradant, minime vero ut ne quid dubitando enuntient. Attamen, quod ad hanc quaestionem attinet, quam nunc habemus, siquidem verba illa Marci, quae Lucas procul dubio probe intelligebat, significarent Christum profectum illo ipso die, quo superiores parabolae dictae fuerant, dici nequiret Lucas dubitasse aut nescisse, quo die illud acciderit, a Marco enim didicisset. Quum igitur Lucas eo modo loquutus sit, dicendus est sensisse Marci verbis non certum quemdam diem significari; ex quo consequitur necessario non huuo esse sensum eorum verborum, sed ***in illa die*** positum esse pro ***quodam die***, sicut in Matth. XIII, 1 (N. LIV).

Quod Matth. VIII, 21. 22 alio transtulerimus (N. XCIII), non ideo in dubium revocanda est horum *συναλλαξις*. Cur inverti oportuerit Matth. VIII, 26, intelliges ex Luca. Quod ad Matth. VIII, 24 et Marc. IV, 38, lege extremam praefationem huic libro praescriptam n. 11.

No. LXII

Quum nemini non liqueat hominem *δαιμονιζομενον*, de quo Marcus et Lucas, unum esse duorum, de quibus Matthaeus loquitur, quod superest, quaeritur, an ea pugnent inter se, quae hic, quaeque illi in hunc locum retulerunt. Cui quaestioni ut respondeamus, haudquaquam nostrum foret officium, sed eorum, quibus evangelia enarrare atque explanare propositum est. Nihilominus dicam, quae sentio. Ioannes David Michaelis hanc novam huius difficultatis vincendae rationem suggessit, eamque, si ipsam per se consideres, sane ingeniosam, quam sequi non admodum reformidarem, siquidem successus sperandus esset, caussam discrepantiae ei esse tribuendam, qui Matthaeum graece vertit. ***Etenim,*** inquit, ***in syriaca lingua, quum nomen aliquod eo statu est, quem emphaticum vocant, eadem est huius nominis orthographia, sive singulari numero id positum sit, sive plurali; itemque tertia pluralis verbi persona interdum scribitur, sicut tertia singularis*** [2]. Huic tamen rationi non multum se fidere ipse profitetur. Et re vera apparet eam minime obtinere in verbis pluralibus inque participiis, quae a Matthaeo in hac re narranda fuerunt usurpata. Quid vero, quod pronomina, eaque non pauca, his interserta sint? Quid, quod duo, non vero plures, *δαιμονιζομενοι* fuisse dicantur? Itaque sic equidem intelligo. Duos re ipsa illos fuisse, nec tamen necesse esse putemus ambos una habitasse, simulve Christo occurrisse, aut simul malo, quo laborabant, esse liberatos; nihil enim

---

[1] Io. II, 6; VI, 19; Act. XXV, 6; I Cor. I, 16. [2] Introd. au N. T. T. III. ch. 4. sect. 8.

huiusmodi Matthaeus nos credere iubet, eum tamen, quemadmodum de aliis alias (NN. XXX. LXV. XCIII. CXXV), ita nunc de utroque coniunctim, sed perpaucis, loquutum: at Marcum et Lucam de uno dumtaxat longeque uberius, scilicet de illo, de quo, quae narrarentur, plura erant, eaque maiora.

No. LXIII

De Matth. IX, 1 dictum est in N. XXXVIII.

No. LXIV

Cur quaestionem de ieiuniis, quae Pharisaei ac Baptistae discipuli observabant, a Matthaeo descriptam post illa ipsa, post quae Marcus et Lucas descripserunt, alio tamen tempore fuisse propositam putandum sit, inque hunc locum transferri oporteat, caussam iam aperuimus (N. XL). Lege etiam N. LXV. Nemini autem mirum videatur, eidem quaestioni iterum propositae idem responsum a Christo datum esse. Quod vero Ioannis Baptistae discipuli adhuc compareant post hunc dudum interemptum, non id eum movebit, qui norit sectam quamdam ex illis coaluisse, unam illarum, quas Ioannes evangelista in evangelio refutavit [1]), cuius sectae vestigia in historia Actuum apostolorum [2]), reliquiae vero etiamnum in Oriente [3]) supersunt.

No. LXV

Qui superiorem quaestionem relatam in Matth. IX, 14—17 (N. LXIV) illam ipsam esse autumant, quae est in evangeliis Marci et Lucae (N. XL), haerent ad illa verba: *Haec illo loquente*, quibus Matthaeus responso, quod Christus illi quaestioni dedit, continuo adnectit historiam de Iairi filia a funere revocata. Etenim hoc quoque alterum Marcus etiam et Lucas narrarunt, sed longe post illam quaestionem, a qua tamen si in Matthaei evangelio narrationem de Iairo eiusque filia rediviva separes, transferasque, quo oportet, iam non habes, quocum verba *Haec illo loquente* copulentur. Ut difficultatem quo demum cumque pacto perrumperent, inverterunt Matthaei narrationem, versusque 18 et 19 inseruerunt inter versus 22 et 23, quia, inquiunt, verba versus 18 *Haec illo loquente* sic transposita pertinent ad ea, quae Christus mulieri *αἱμοῤῥοούσῃ* loquutus proxime fuerat, respondentque verbis *Adhuc eo loquente* eodem pertinentibus, quae sunt in Marc. V, 35 et in Luc. VIII, 49. Ast audacem hanc Matthaei verborum transportationem inversionemque iam alibi notavimus [4]). Porro autem, hanc turpiter peccare, neque unum dumtaxat, sed duo, eaque gravissima, mirum ut ne suspicio quidem eius auctores incesserit. Neque enim scriptum est in Matthaeo: *Haec illo loquente ad* EAM, sed: *ad* EOS, ad Baptistae discipulos videlicet. Tum ipse narrationis ordo, qui unus est atque idem in tribus evangeliis, transpositis eo modo verbis alius evadit in Matthaeo, quum Iairus ad Christum dicendus sit advenisse post sanatam illam mulierem tametsi, secundum Marcum et Lucam, antea advenerit. Facile quidem intelligimus eos, qui illos Matthaei versus sic transponunt, aliam difficultatem vitare velle, quam idem ipse Matthaeus creare videtur, narrans ut vir quidam princeps, Iairus, inquam, archisynagogus, ad Christum adveniens dixerit filiam suam mortuam iam esse, quum tamen apud Marcum et Lucam legamus illum Christo nuntiasse puellam in eo esse, ut iam iam moreretur. postea vero, allato mortis nuntio, de illa ad vitam revocanda preces adhibuisse. Verum ad hanc difficultatem removendam, non ea, qua illi, sed alia via incedendum est. Ioannes David Michaelis illud adnotavit, quod *si animum advertamus ad ea verba, quae in ipso exemplari esse debuerunt, tota huius capitis difficultas evanescat. Nam* מתה עתה *verti potest* IAM MORTUA EST, *vel moritur. Matthaei interpres*, inquit ille, *hanc dictionem vertit secundum priorem vocalium rationem, quum posteriorem potius adoptare debuisset* [5]). Cui opinioni primum illud obest, quod, qui hanc sequi volunt, positum habeant oportet, Matthaeum, non syrochaldaice, sed hebraice scripsisse. Deinde, si Matthaei verba in hunc sensum forent accipienda, quum nihil praeterea dixerit, ex quo appareat puellam mortuam re ipsa fuisse, videretur Christus non eam vitae, sed sanitati dumtaxat restituisse; ex quo longe gravior exsisteret difficultas in Matthaei ac ceterorum hac de re narrationibus una componendis. Huius igitur veluti conciliationis ratio alia non est, quam quae in similibus difficultatibus inita a nobis iam fuit (NN. XXX. LXII), ac porro erit ineunda (NN. CXXV. CXXIX),

---

[1]) Lib. I. c. IV. q. III. [2]) Act. XVIII, 24. 25; XIX, 1—3. [3]) *Winer* Biblisch. Realwörterb. *Joannes d. Täuf.* [4]) Ib. [5]) Introd. au N. T. T. III. ch. 4. sect. 8.

ut meminerimus a Matthaeo, cui, non historiam proprie dictam conscribere, sed res illas a Christo gestas, quas praecipue nosse Hebraeorum intererat, in horum memoriam revocare propositum erat [1]), eas ita referri, ut vel coniunctim ea narret, quae idem genus sunt, eademque occasione, quamquam non simul, gesta, vel id, quod rei caput est ac veluti summa, paucis perstringat. Hoc autem factum videmus in hoc loco. Totius enim rei caput erat, ut Christus puellam iam mortuam patris rogatu suscitaverit. Id igitur unum is rogans inducitur a Matthaeo, ceteris, quae Marcus et Lucas descripserunt, praeteritis, ut Iairus primum sanitatem filiae petierit, quippe quae nondum decesserat, deinde, quum Christum domum ducebat, nuntium de puellae obitu acceperit, quo accepto, non iam filiae valetudinem, sed vitam Christum demum rogasse dicendus est, sicut legimus apud Matthaeum. Atque haec illa caussa est, quae nos coegit quaedam Matthaei verba, *παρενθετα* tamen, denuo ponere, scilicet ad sententiam veluti fulciendam; quod non rerum ordini, quasi si inversus foret, sed verborum *συνταξει* tribuendum est.

Cur Lucas ea inverteret, quae sunt in Marc. V, 37. 38, ratio fuit, ne quis ex Marci verbis consequi putaret apostolos ceteros, praeter tres nominatos omnemque comitantium turbam, procul a Iairi domo in media via a Christo relictos esse.

No. LXVI

Haec deinceps gesta esse continuoque post illa, quae modo descripsimus, compertum habemus ex Matth. IX, 27. 28. 32.

No. LXVII

Matthaei verba *Και ἐλθων εἰς την πατριδα αὐτου* ***Et quum venisset in patriam suam***, quae sunt in Matth. XIII, 54, non cum superiore versu 53 hanc narrationem necessario copulandam esse docent, veluti si iter, de quo est in versu 54, illud esset, quod versus Nazarethum factum fuit. Lege N. LIX. Quumque minime propositum esset Matthaeo temporum ordinem sequi, sicubi res ab ipso narratas Marcus alio ordine transcripserit, dicendus is est ideo id fecisse, ut temporum ordinem restitueret, maxime quum Lucam habet adstipulatorem; proinde in Matthaei, non vero in Marci evangelio, narrationes transponendae sunt, si in alterutro transponi eas oporteat ad evangeliorum *συναλλαξιν* conficiendam. Lege huius libri praefationem. Hinc ratio, cur servata rerum serie, quae est in Marci evangelio, hanc Matthaei *περικοπην* aliunde translatam huc inseruerimus. Id ipsum velim dictum existimes de ceteris transpositionibus, si quae sunt, huius similibus, quum par sit harum omnium ratio.

No. LXVIII

Omnia, quae sunt in Matth. VIII, 18—XI, 1 et in Marc. V, 22—VI, 13, apprime, quod ad ordinem, cohaerent, cum inter se, tum cum Luc. VIII, 41—IX, 6; quam cohaerentiam minime queunt interturbare illa, quae a Matthaeo in alio loco posita inter haec transferre necesse fuit (N. LXVII). Proinde liquet nunc iis locum esse, quae narrantur in Matth. IX, 35 cum illis componenda, utpote una atque eadem, quae Marcus narrat in altera parte versus 6 capitis VI.

Quae sunt in Matth. IX, 36—38, utpote id genus, quae non semel fieri ac dici a Christo potuisse apparet, non est, cur alio transferantur, ut cum illis composita sint, quae horum gemina atque eadem Lucas retulit in Luc. X, 2.

No. LXXI

Nihil est, quod suadeat cum iis, quae sequuntur, copulare versum 1 capitis XI Matthaei; at constat hunc versum esse clausulam eorum, quae Matthaeus retulit in caput X. Quare, quum ea, quae postea leguntur, in alio loco (N. XLIX) ponenda fuerint, versus tamen primus hic relinquendus, neque a prioribus avellendus. Nescimus, utrum Christus discesserit eodem horae momento ac apostoli, an prius his, an post. Hoc postremum veri similius videtur, atque ideo haec illis subiunximus, quae in N. LXX posuimus. Si secus cuiquam opinio est, is licet ponat Matth. XI, 1 ante Marc. VI, 12—13 et Luc. IX, 6.

---

[1]) Lib. I. c. I. q. IV.

No. LXXII

Quum de temporum ordine, quem Marcus in his referendis sequutus est, nulla dubitatio esse possit, utpote qui idem omnino sit atque ille, in quem Lucas haec eadem digessit, concludimus nihil in Marco esse, quod immutetur, sed in Matthaeo, huiusque caput XIV, in quo ea ipsa is descripsit, quae Lucas et Marcus in hoc loco, huc transponi oportere.

Iam, quae reliqua sunt in Matthaei et Marci evangeliis a Matth. XIV, 1 et Marc. VI, 14, si unum [1]) et item alterum [2]) excipias, nihil ordine discrepant; quare iam, non de altero cum altero, sed solum de ambobus cum Luca componendis agere restat.

No. LXXIII

Ex historiae serie, ne dum ex ipsis trium evangelistarum verbis [3]) intelligimus nunc illius temporis res describi, quod fuit longe post Baptistam interemptum. Quare ea nex ideo in his evangelii capitibus a Matthaeo et a Marco descripta est, non quod in id tempus inciderit, sed quia describendae occasionem praebuit iniecta mentio eorum, quae Herodes dixisse narratur in Matth. XIV, 2 et in Marc. VI, 14. 16. Itaque haec illius necis descriptio, hoc est, quidquid legitur in Matth. XIV, 3—12 et in Marc. VI, 17—29, *παρενθετον* habendum est atque alibi, sicut fecimus, ponendam (N. LI). Id porro confirmat particula *γαρ enim*, qua uterque evangelista hanc descriptionem exorditur.

Proinde vehementer errare dicendi sunt, magnaque ex parte ipsam evangeliorum *ἁρμονιαν* perturbare, qui contendunt id, quod Iesus audisse dicitur in Matth. XIV, 13, esse Baptistae necem, non vero illud, quod capitis initio commemoratum de Herode est, famam rerum a Christo gestarum ad illius aures pervenisse, indeque ei sollicitudinem ingestam, ne forte Baptista revixisset, atque ideo Matthaeus putandus omnino est in hoc versu significare velle, Christum, ut de illa Herodis sollicitudine rescivit, lacu traiecto secessisse in deserta; scilicet illud ipsum, quod Marcus in VI, 32, quod Lucas in IX, 10, quod demum Ioannes in VI, 1, ita ut cum his versus ille Matthaei 13 necessario componendus sit. Hinc illud quoque efficitur, postrema verba Matth. XIV, 12, non ad historiam necis Ioanni illatae, sed ad id pertinere, quod de Herodis sollicitudine huius capitis initio narratum est.

Si cui minus placet in Matth. XIV, 13 velati intrudi, ut factum a me est, Marc. VI, 30. 31 et ex parte Luc. IX, 10, eo quod durior evadat *συνταξις*, primo is meminisse debet, haud propositum mihi esse ita quatuor evangelia componere, ut una narratio e quatuor veluti compacta et coagmentata exsisteret. Deinde nil in ea re foret incomportam unvumque iis, qui novi testamenti historias legerunt, eius enim rei similia videre est in Luc. II, 35; XXIII, 50. 51; Act. I, 15. 17—20; IV, 4; IX, 12; XIX, 28—32.

Distingue *desertum locum, qui est Bethsaidae*, quo Christus appulit, antequam quinque panes multiplicaret, et cuius meminit Lucas in IX, 10, a Bethsaida, quo Christus, post quinque panes multiplicatos, iussit discipulos, lacu rursus traiecto, praecedere, sicut Marcus inferius [4]) refert. Etenim locus ille desertus lacui ab oriente adiacebat, haec vero urbs in occidentali lacus litore posita erat [5]), patria Petri aliorumque apostolorum. Neque distinctioni illud obstat, quod tunc temporis Bethsaida illa transiordanica, ex qua desertis, quae proxima erant, locis a Luca commemoratis nomen factum, iam Iulias vocaretur (N. LXXVIII); erant enim in illis regionibus urbes binomines, quibus priscum una cum altero recentiore nomen manebat, sicque Scythopolis et Bethsan, sic Betharamphtha seu Betharam et Livias seu Iulias, sic Ptolemais et Acco seu Ace, sic Sebaste et Samaria, sic Caesarea Philippi et Paneas, nomen simul habuerunt [6]). Tum, licet urbis nomen foret aliud, at regionem ipsam prisco urbis nomine vocari perrexisse veri omnino simile est, non secus ac Samaria regio vocabatur etiam postquam Herodes urbi Sebastae nomen fecerat.

No. LXXIV

Quod Christus discipulos lacum traiicere et Bethsaidam praecedere iusserit, sicut dicitur in Marc. VI, 45, quodque Ioannes in VI, 17 narret eos nave conscensa venisse Capharnaum, ea

---

[1]) Matth. XXI, 12. 13. [2]) Ib. XXII, 46. [3]) Matth. XIV, 1. 2; Marc. VI, 14; Luc. IX, 7. 8. [4]) Marc. VI, 45. [5]) Lib. III. Diss. XLI. n. 3. [6]) *Reland.* Palaestina L. III. *Lightfoot.* Hor. hebr. Centur. chorograph. et Decur. chorograph.

neminem vel morosissimum, puto, moveat; quum Marcus de inito itinere, Ioannes de confecto, loquuntur. Nimirum adversi, qui per illam noctem flavere, venti, ut in Matth. XIV, 24. 30. 32; Marc. VI, 48. 51; Io. VI, 18, legimus, alio ac tendebant illos impulerunt; imo Iesus ipse id effecisse videtur, quantum coniicere est ex Io. VI, 21.

Quae Ioannes dicit in VI, 21 minime contraria sunt iis, quae Matthaeus in XIV, 31 et Marcus in VI, 51; nam illud *voluerunt accipere* Ioannis tantumdem valet ac *acceperunt*, non secus ac in alio loco is ait Christum *ire voluisse* in Galilaeam, quo re ipsa *ivisse* ex consequentibus apparet manifesto [1]).

Graeca exemplaria in Io. VI, 17 habent ἤρχοντο *veniebant*, non autem ἦλθον *venerunt*, quod habent latina. Id attendisse iuvabit, ne forte quis haereat conferens hunc versum cum insequentibus, praesertim cum versibus 21 et 24.

No. LXXVII

Hi versus Matthaei et Marci ea continent plurimorum antea factorum similia, quae utique fieri coeperunt, ut ex superioribus comperimus, statim ac Christus Capharnaum redierat postridie eius diei, quo panes multiplicavit, tamen, quod nemo non videt, luculenter enim id apparet ex Marci verbis, non diei unius opus fuere, sed deinde, non secus ac antea, fieri deinceps solita. Idcirco a prioribus hos versus seiungere par fuit, ut locus esset sermonibus a Christo habitis cum Capharnaumitis eo ipso die, quo ad hos redierat, huc autem transferre, ubi locus est versui 1 capitis VII Ioannis, quum in hoc versu illud ipsum tempus designetur, quo ea contigere, quae in illis leguntur. Advertere iuvat verbum παρεκάλουν *rogabant*, non modo in Marci, quod liquido patet, sed et in Matthaei enuntiatione, sicut vel ipsa materies testatur, non de illis dictum esse, qui superius [2]) narrantur aegrotos ad Christum adducendos curasse, sed de ipsis aegrotis.

No. LXXVIII

Quae sunt in Matth. XV, 3—9, ea Marcus retulit in VII, 6—13, sed alio ordine. Quod quum sine caussa ab eo factum esse suspicari non sit, quumque haud de facili haec Marci περικοπή ad eum ordinem redigi queat, quo est illa Matthaei, in Matthaeo potius, quam in Marco, verba transponenda esse existimavimus.

Quod Matthaeus et Marcus narrant de muliere Chananaea, si Marc. VII, 24 legas, tibi forte videbitur domi factum esse, foris vero, si Matth. XV, 23. Sed cum primis animadverte, neque illud dici a Marco, neque hoc a Matthaeo. Tum fieri potuit, ut, Iesu iam domum ingresso, mulier foris clamaret ab tergo discipulorum, qui post eum adhuc ingressuri erant. Denique opus est memineris Marcum consulto praeterisse eam huius historiae partem, quae est in Matth. XV, 23. 24. Lege Lib. I. cap. II. n. 58. Itaque, quae in hac parte leguntur, facta utique fuerint in via, quae vero in altera, nihil est apud Matthaeum quod vetet, imo, si Matth. XV, 25 conferas cum Marc. VII, 24. 25, deprehendes aliquid, quod suadeat credere ea domi facta fuisse.

Post historiam de muliere illa Chananaea Matthaeus et Marcus aiunt Christum a Tyri Sidonisque finibus reversum venisse ad lacum Tiberiadis, Matthaeus hoc amplius, eum in montem adscendisse ibique moratum esse. Quod neuter satis expressit, ex posterioribus certo colligimus, illum montem positum fuisse in plaga lacui ab oriente obtenta, Christum igitur e Phoenicia reversum in hanc plagam transisse. Etenim uterque postea narrare pergit, quomodo is panes iteram multiplicaverit, quum ingens hominum frequentia ad eum illic commorantem confluxisset, iamque triduo ibidem subsisterent, neque haberent, quo vescerentur, eo quod locus desertus esset [3]); quae dici nequiverunt de regione citra lacum posita, hoc est, de Galilaea, utpote quae feracissima esset maximeque populosa, nec deserta ulla haberet. Uterque deinde refert at Christus, post saturatam illam hominum turbam, navicula vectus *venerit in partes Dalmanutha*, sicut Marcus scripsit [4]), vel, sicut Matthaeus, *in fines Magedan* [5]), quae in graecis exemplaribus *Magdala* vocatur. De Dalmanutha nil satis compertum habemus; at Magdala sita erat trans Iordanem in Peraea, haud procul a meridiana lacus extremitate, qua hoc flumen rursus effluit [6]). Iam vero considera, ut uterque Matthaeus et Marcus, hoc iter ita commemoraverint, ut nequaquam usi sint verbo διαπερᾶν aut ἐλθεῖν εἰς τὸ πέραν, quibus

---

[1]) Io. I, 43 coll. seqq. [2]) Matth. XIV, 35; Marc. VI, 55. [3]) Matth. XV, 32—38; Marc. VIII, 1—9. [4]) Marc. ib. 10. [5]) Matth. ib. 39. [6]) *Reland.* Palaest. L. III. *Lightfoot.* Hor. hebr. Centur. chorograph. c. 76 et Decur. chorogr. c. 5.

soleut, ubi agunt de traiectu ab occidentali iu orientale lacus litus, aut ab hoc in illud. Ergo ipsis horum verbis docemur, Christum, ut ex loco, in quo panes multiplicavit, navi Magdalam iret, nequaquam in oppositum litus transmisisse; ille ergo mons lacui adsurgebat ab eo latere, in quo Magdala erat, ab oriente videlicet. Denique in utroque evangelio legimus, post sermonem a Christo habitum cum Pharisaeis Sadducaeisque iu finibus Magdalae et Dalmanuthae, eum inde navi profectum venisse *εἰς το περαν in regionem trans* lacum positam [1]); hanc autem esse Galilaeam comperimus ex eo, quod post traiectionem Marcus statim ait Bethsaidam ventum esse [2]). Neque enim illud moremur oportet, quod graeca quaedam Marci *ἀπογραφα* pro *Βηθσαϊδαν* habeant *Βηθανιαν*, quae Bethania nulla fuit ad lacum Tiberiadis. Quod si quis dubitaret, ne forte haec illa foret Bethsaida, quam trans Iordanem sitam, ubi amnis in eum lacum influit, Philippus Herodis filius, illius regionis tetrarcha, *cum ad dignitatem urbis evexisset*, inquit Iosephus, *multisque habitatoribus et cetera opulentia auxisset, nomen ei dedit, ab Iulia Caesaris* Augusti *filia*, Iuliadi [3]) is advertat Bethsaidam in hoc loco a Marco nominatam *κωμην vicum* appellari [4]), qualis dici tunc temporis haud potuit Bethsaida illa, quae a Philippo urbs effecta fuerat, nomenque Iuliadem acceperat, undetriginta saltem ante annis, hoc est, non serius anno u. c. DCCLII, quo anno Iulia Augusti filia exsilio a patre mulctata fuit [5]). Quid vero, quod Marcus ait Christum a finibus Tyriorum ad Galilaeae lacum venisse *inter medios fines Decapoleos?* Marc. VII, 31. Urbes enim, quibus nomen Decapolis factum est, etsi de harum aliqua non omnes scriptores consentiant, an iu ipsarum numero sit habenda, tamen, si Scythopolim infra Galilaeam proculque a lacu positam excipias, item Damascum et Raphanam Syriae urbes, constat ceteras omnes fuisse in iis regionibus, quae a lacu et a Iordane ortum versus porriguntur. Itaque, ubi Marcus narrat, ut Christus *exiens a finibus Tyri* venerit *per Sidonem ad mare Galilaeae inter medios fines Decapoleos*, qui regionum situs tenent, facile intelligunt, Christum Iordanem traiecisse supra *mare Galilaeae*. Fluminis autem transmissi, praesertim quod ponte transiretur, nulla iniecta mentio est, quippe quae numquam fieri ab evangelistis solet, sed neque aliis historicis in itineribus describendis huiusmodi fluminum transitus, eos potissimum, qui pontibus fiunt, mos est commemorare. Haec fusius exponenda esse existimavi, quod nonnullum negotium esse ab istis traiectibus soleat iis, qui evangelistarum historias una componere student.

No. LXXIX

Quod Marcus narrat in hoc loco, liquet unum esse eorum, quae Matthaeus summatim atque universe retulit in XV, 30—31. Licet igitur, si lubet, utriusque narrationem uno eodemque in loco componere. Mihi tamen magis e re esse videtur, si singularia ab universalibus dividantur, ac separentur.

No. LXXX. LXXXI. LXXXII.

Si qua haec indigent declaratione, eam petere est ex N. LXXVIII.

No. LXXXIII

Nemo, puto, haerebit ideo, quia, quum modo Christum cis lacum Bethsaidam advenisse legerimus, nunc is dicatur *egressus esse* et *venisse*, non autem *traiecisse in partes* seu *in castella Caesareae Philippi*, quae urbs Iordani ab oriente adiacebat. Neque enim, ut illuc iret, lacum transmittere opus erat, sed solum Iordanem sive scapha, sive ponte; cuius rei mentionem facere, ut semper alias, ita et nunc evangelistae omiserunt. Lege extremum N. LXXVIII. Quare terrestri itinere, maxime quum id Bethsaida Caesaream citius conficiatur, Christus illuc contendisse dicendus est, quod Marcus satis indicasse videtur ipso modo, quo rem narrat: *Ἐξηλθεν ὁ Ἰησους .... εἰς τας κωμας Καισαρειας της Φιλιππου* EXIIT *Iesus ...* IN *castella Caesareae Philippi*. Lege in N. LXXXIV, quando omnia haec acta fuerint.

No. LXXXIV

Verba illa Matthaei et Marci *μεθ' ἡμερας ἐξ post dies sex* significare aeque possunt *sexto post die*, hoc est, die sexto, et *post diem sextum*, hoc est, die septimo. Ad hoc in eo dierum numero,

---

[1]) Matth. XVI, 4. 5; Marc. VIII, 13. [2]) Marc. ib. 22. [3]) Antiq. L. XVIII. c. II. § 1. Conf. Bell. L. II. c. 9. n. 1. [4]) Marc. ib. 23. 26. [5]) *Dio. Cass.* Lib. LV. p. 555; *Noris.* Cenotaph. Pisan. Diss. II. c. 8; *Sanclement.* De vulgaris aerae emendat. Lib. III. c. 2.

sive sex, sive septem, connumerari potest aut secus ipse ille dies, a quo numerus ducitur. Liquet igitur non aliud his dixisse Lucam, ubi ita scripsit: *μετα τους λογους τουτους ὡσει ἡμεραι ὀκτω post haec verba fere dies octo*, sive adverbio *ὡσει* significare ille voluerit idem ac *prope*, sive idem ac *circiter*; prius autem significare voluisse, comparatio horum verborum cum Matthaei et Marci verbis credere suadet ita, ut, quae nunc narrantur, acciderint eo die, qui septimus fuit ab illo, quo superiora acta fuerant, utroque illo die intra septem dierum numerum computato, quinque diebus inter diem, quo superiora, interque diem, quo haec evenerunt, interpositis. Sed quinam primus horum dierum? quid illud, quod primo die gestum fuit? Scilicet ille dies, quo Christus Petro *claves regni caelorum* se daturum promiserat. Videmus enim, ut Christo ea apostolos docendi de cruce post ipsum portanda ceteraque, quae addidit [1]), proxime ab evangelistis relata (N. LXXXIII), occasionem Petrus dederit ipsum Christum ob illu increpans [2]), quae de nece sibi a Iudaeis inferenda praedicebat [3]), haec autem a Christo praedicta esse statim, ac Petro illud fuerat pollicitus, ex Luca [4]) apparet manifesto.

No. LXXXVI

Quae leguntur in Luc. IX, 44, ipso huius versus initio, dicta non sunt de ea re dumtaxat, quae proxime narrata est, sed in universum *de* OMNIBUS, *quae* FACIEBAT Iesus. Non ergo aliquid hunc in locum a Luca relatum est, quod acciderit statim post superiora, proinde non superioribus haec Lucae verba adnectenda sunt, sed, sicut ipse narrationis contextus exigit, cum iis ponenda, quae Matthaeus et Marcus referunt de Christo Galilaeam peragrante.

No. LXXXVII

Quae praeter adventum Capharnaum sunt in Matth. XVII, 23—26, inseri debent versui 32 capitis IX Marci. Num in hoc versu narrantur et adventus Capharnaum, et quid Christus egerit, quum domi iam esset; at Matthaeus in versu 23 post illum adventum commemoratum narrat illud, quod, *qui didrachma accipiebant*, Petrum percontati fuerunt, antequam is una cum Christo domum pervenitet, continuoque in versibus 24—26 illud, quod Christus, *cum* INTRASSET *in domum προεφθασεν* PRAEVENIT, occupavitque Petrum interrogare super ea re, quam is fuerat rogatus, quam ipsum Christum iam rogaturus erat. Itaque haec gesta fuerunt ante illa, quae Marcus gesta dicit, *cum domi essent* [5]). Tum Matthaeus illa eadem, quae Marcus, et ipse retulit, sed post hunc Christi et Petri sermonem [6]); nihil autem est, quod suadeat hunc ordinem invertere.

No. LXXXVIII

Si cui Matthaeus scripsisse videatur contraria atque opposita iis, quae Marcus et Lucas in hoc loco scripserunt, is consideret, ut necesse non sit participium *λεγοντες dicentes* ita accipere, ac si discipuli dicerentur ea Christo loquuti esse, sed, sicut demonstrat harum trium narrationum comparatio, hoc participio significari illos inter se de iis esse colloquutos, quum ad Christum accessere. Neque, quominus sic sentiamus, obstat verbum *putas*, veluti si indicio esset discipulos de iis Christum percontatos esse. Quid enim hic valeat hoc verbum, plurima sunt in evangeliis inque Vetere Testamento, quae te doceant. Lege Matth. XXIV, 45; Marc. IV, 40; Luc. I, 66; VIII, 25; XVIII, 8. Confer. II Reg. IX, 1; Tob. X, 1. 2; Iob. XIV, 14; et cetera. Tum in graecis Matthaei exemplaribus nihil reperire est, quod huic verbo respondeat, itaque discipuli inducuntur, ut neminem alloquantur.

No. XCI

Intra postremum vitae annum ter Christus Hierosolymam iter fecit [7]), primo autem sub dies festos scenopegiae, cuius itineris omnes evangelistae meminerunt. Etenim, tametsi unus Ioannes dixerit hoc iter factum fuisse sub illos dies, constat tamen ceteros de hoc ipso itinere esse loquutos, sicut in alio loco [8]) demonstrabimus. Quo posito apparet, cur Ioannis VII, 2—9 et 10 ex parte inserere oporteat primo versui capitis XIX Matthaei, atque adeo versui 51 capitis IX Lucae. Totius

[1]) Matth. XVI, 24—28; Marc. VIII, 34—39; Luc. IX, 23—27. [2]) Matth. ib. 22—23; Marc. ib. 32—33. [3]) Matth. ib. 21; Marc. ib. 31; Luc. ib. 22. [4]) Luc. ib. 21. 22. [5]) Marc. IX, 32 seqq. [6]) Matth. XVIII, 1—5. [7]) Lege Lib. III. Diss. XLVIII. [8]) Ib. nn. 4—16.

itineris summam Matthaeus et Marcus primo ipso horum capitum versu complexi sunt; Christum e Galilaea profectum esse, perrexisse per regiones transiordanicas, hoc est, per Peraeam, id enim sonat illud *περαν του Ἰορδανου*, quod legitur apud Matthaeum, quodque Marcus plenius et clarius expressit scribens *δια του περαν του Ἰορδανου* [1]) eaque via venisse ad fines Iudaeae. Quum inter iter agendum quaedam acciderint ex iis, quae deinde referuntur, necesse est, quo rerum ac temporum ordo in his tribus evangeliis componendis servetur, versum illum primum tum Matthaei, tum Marci, dividere, alteramque huius partem infra illa ponere (N. XCVI). Quod Lucas ait, a Christo coeptum hoc iter *dum complerentur dies assumptionis eius*, ut loqui videatur de postremo itinere confecto sub insequens pascha, cuius primo die Christus in crucem actus fuit, alibi ostendam [2]) quomodo intelligere oporteat.

No. XCII

Res ipsa evincit haec accidisse, antequam Christus, Iordane transmisso, per Peraeam ire pergeret [3]). Cur autem non ante haec posuerim ea, quae continuo post superiora Matthaeus et Marcus descripserunt, leges in N. XCVI.

No. XCIII

Cur haec gesta putanda sint ante transmissum Iordanem (N. XCVI), ratio ea est, quod transmissus non fuerit, nisi post alia, quae mox a Luca describentur. Lege NN. XCIV. XCV. Sed praeter hanc, aliam huius rei caussam in alio loco indicamus [4]). Alio quoque in loco [5]) diximus, cur Matthaei VIII, 21. 22 huc transferri oportuerit.

No. XCIV. XCV

Haec quoque, antequam Christus Iordanem transmitteret, gesta esse credimus non una de caussa, sicut alibi dictum est [6]). Quum ea, quae legimus in Matth. XI, 20—24, eadem omnino sint, atque illa, quae in Luc. X, 13—15, nullaque ratio suadeat putare haec a Christo bis fuisse prolata, aut vetet versus illos Matthaei, quos usitato adverbio *τοτε tunc* exorditur, alio transferre, hic eos ponendos esse censui. Lege N. XLIX. Ut facerem, ea quoque ratio compulit, quod alia Christi oratiuncula, quam Matthaeus statim subiecit, illa ipsa est, quae paulo infra legitur apud Lucam (N. CI), ut ambae non sint nisi una atque eadem, proinde coniunctim ponendae.

No. XCVI

Lucas post legationem septuaginta duorum discipulorum, nullis interiectis, statim ipsorum reditum commemoravit [7]). Ast ipsa mandata, quae Christus illis dederat, vetant credere illos tam cito ad hunc rediisse, ut is, non modo in Iudaeam iter nondum confecisset, sed neque Iordanem transgressus esset, ut per Peraeam ire pergeret. Sed neque putandum est Christum interea, dum illi redirent, substitisse, maxime quod pro comperto habeamus eum cum paucis per Peraeam ivisse Hierosolymam [8]). Quare Iordanis transitum, reliquumque itineris, quod Matthaeus et Marcus perstringunt, atque ea, quae Hierosolymae acta sunt per dies festos scenopegiae, ulterius transferre non oportet.

Matthaeus de Christo e Galilaea profecto haec scripsit: *Et secutae sunt eum turbae multae*, ex quo quis coniiciat has una cum Christo e Galilaea digressas in Iudaeam usque eum esse comitatas, quod minime responderet Ioannis narrationi aientis Christum hoc iter confecisse *ὡς ἐν κρυπτῳ quasi in occulto* [9]). Attamen Matthaeus illud minime dicit; quae autem dicit, ea de Christo Iudaeae fines iam ingresso dicta esse, ut sensus sit, quum Christus in Iudaeam pervenisset, illam turbam ad eum convenisse eumque sequutam esse, non una ratio est, qua demonstremus. Nam id Matthaeus narrat post iniectam mentionem adventus in Iudaeam; quae prima ratio vim concipit ex modo narrandi, quo Matthaeus semper usus est, presso ac praeciso. Marcus non verbum *ἠκολουθησαν sequutae sunt* usurpavit, sed *συμπορευονται conveniunt*, praesens verbi tempus, idque postquam ipse etiam,

---

[1]) Ib. n. 6. [2]) Lib. III. Diss. XLVIII. n. 16. [3]) Lib. III. Diss. XLVIII. n. 12. [4]) Lib. III. Diss. XLVIII n. 14. [5]) Lib. I. c. III. n. 62. [6]) Lib. III. Diss. XLVIII. nn. 11. 14. 15. [7]) Luc. X, 17 coll. 1—16. NN. XCIV. CI. [8]) Lib. III. Diss. XLVIII. n. 15. [9]) Io. VII, 10. Conf. Lib. III. ib.

aeque ac Matthaeus, Christi in Iudaeae fines adventum narraverat. Adverbium ἐκεῖ in Matthaei narratione non aliud significare potest, quam Iudaeam vel huius fines proxime ab eo commemoratos. Ex quo aliud argumentum depromere est. Si enim illa turba una cum Christo e Galilaea fuisset profecta, cur Christus non ante, quam in Iudaeam perveniret, *curavit eos*, sicut Matthaeus dixit, *et, sicut consueverat, docebat illos*, quod Marcus addidit? Denique ea, quae statim post haec uterque retulit, nullo temporis aut loci discrimine, discimus ex Luca [1]) in Iudaea gesta esse.

Quod uterque, Matthaeus in XIX, 10 et Marcus in X, 10, discipulorum inter haec mentionem fecerit, ut qui praesentes adessent iis, quae narrantur, non hoc cogimur credere reversos iam fuisse illos septuaginta duos, quos Christus legaverat *binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus* [2]); quos enim Matthaeus et Marcus commemorant, alii non sunt, quam duodecim apostoli.

No. XCVII. XCVIII. XCIX. C.

Hae quatuor Ioannis περικοπαὶ nullum praebent indicium, quod sinat vel auspicari Christum inter ea, quae in has relata sunt, Hierosolyma profectum alio iter fecisse. Neque enim huc pertinet itus in Olivetum, de quo est in Io. VIII, 1; solebat enim Christus, dum Hierosolymae morabatur, Bethaniam ire sub vesperam, ibique pernoctare, ac primo mane illam urbem repetere [3]), quod apparet etiam ex insequente versu 2. Quae vero Lucas literis consignavit in X, 17—XIII, 21, ostendimus in alio loco [4]) ea evenisse utique, quum Christus in Iudaea versabatur, sed extra Hierosolymam, intra id temporis spatium, quod intercessit inter Christi ab hac urbe discessum post dies festos scenopegiae interque encaenia. Constat igitur quatuor his Ioannis περικοπαῖς nono locum esse.

No. CI

Ioannes iis, quae Christus egit et dixit Hierosolymae per dies festos scenopegiae perque insequentes, ea continuo subiunxit, quae duobus fere post mensibus gesta sunt die festo encaeniorum, ita ut Christus per id tempus illic mansisse videatur. Secus tamen sentiendum esse modo monuimus (N. XCVII). Dubitare fortasse est, utrum discipuli ad Christum redierint, quum adhuc esset Hierosolymae, an postquam inde discesserat. Hoc alterum verius dicerem, tum quia Lucas nihil ait, ex quo illud primum arguamus, tum quia non multo post narrat Christum in itinere diversatum esse in quodam castello apud Mariam et Martham [5]), nulla prius mentione facta profectionis Hierosolyma, tum denique quia inter ea, quae de Christo duodecenni [6]), interque ea, quae de ipso Hierosolymae postremis vitae diebus commorante [7]) memoriae prodidit, nulla sunt, quae constet illic gesta esse, ut iure Lucas credatur consulto ea, quae huiusmodi sunt, praeterisse. Verba, quae a Christo laetitia gestiente prolata leguntur apud Lucam, illa ipsissima sunt, quae Matthaeus quoque retulit, tametsi in alium locum (Lege N. XLIX); sed, quum aptissime ea caderent in illud tempus, quo discipuli ad Christum reversi res suas gestas hoic exponebant, non dubitavi cum his, quae Lucas, ea componere, quae Matthaeus descripsit, praesertim quum, quae ante haec proxime scripserat, illis coniunxerim, quae in Luca eadem legimus paulo ante (N. XCV). Denique in Lucae X, 23—24 sunt alia prioribus atque ab his distincta ac divisa, quae vero in Matthaei XI, 28—30, prioribus sunt uno veluti contextu coniuncta et copulata; haec igitur ante illa ponere oportuit. Ceterum haec verba postremo loco descripta apud Lucam in Matthaei etiam XIII, 16. 17 reperimus, sed ita toti orationi intertexta, ut minime inde avelli posse videantur, putandumque potius sit his haec a Christo aliisque temporibus dicta esse (N. LVI).

No. CIII

Quae de precandi modo hic legimus, non illa ipsa esse, tametsi eorum gemina sint, quae leguntur apud Matthaeum, compertum ex eo fit, quod haec Christus docuerit, rogatus a discipulo, *cum esset in quodam loco orans*, illa vero in media oratione illa longiore, quam alias in quodam monte habuerat [8]).

[1]) Luc. XVIII, 15—30. N. CXXI. [2]) Luc. X, 1. [3]) Lib. III. Diss. XLIX. n. 3. [4]) Ib. Diss. XLVIII. nn. 22 seqq. [5]) Luc. X, 38—42. [6]) Ib. II, 41—51. [7]) Ib. XIX, 45 seqq. [8]) Matth. VI, 9 seqq.

No. CIV

Quae Matthaeus narrare incipit in versu 22 capitis XII, item, quae Marcus in versu 22 capitis III, liquet alia prioribus esse, neque ullo vinculo cum his copulata. Eadem ab utroque narrari, ordo eorum, quae Matthaeus in XII, 1—XIII, 36, quaeque Marcus in II, 23—IV, 34 retulerunt, dubitare vetat. Sunt tamen, qui existiment non haec ipsa esse, sed horum similia, quae Lucas scripsit in hoc loco. Verum equidem non facile adducar, ut credam bis haec omnia prorsus similia facta deinceps esse, ut Christus daemoniacum malo liberaret, ut hinc occasio arriperetur iisdem calumniis Christum impetendi, ut calumniam iisdem argumentis ac verbis ipse a se propulsaret, ut idem signum prodigiale flagitaretur, ut denique id flagitantibus plane eadem responderet, eaque minime obvia aut translatitia.

Eadem Christi verba sunt in Matth. XII, 43—45 atque in Luc. XI, 24—26, sed haec Lucas subiunxit prioribus, quibus Christus adversariorum calumniam coercuit, Matthaeus posterioribus, quae prodigium flagitantibus Christus respondit. Apud Matthaeum tamen, praeter locum, in quo haec verba posita sunt, nihil indicio est, quando ea Christus protulerit. At Lucas ait Christum, *ἐν τῳ λεγειν αὐτον ταυτα cum* HAEC *diceret*, interpellatum fuisse a quadam muliere, cui ubi respondit, mox *των . . . ὀχλων συναθροιζομενων turbis . . . concurrentibus* responsum item dedisse iis, qui *signum de caelo quaerebant ab eo*, idque, post illam quidem interpellationem, non tamen alio die aliave hora, nam *signum de caelo*, sicut Lucas ipse dixit in XI, 16, ab ipso iam petierant ante, quam superiorem calumniam refelleret. Ad haec, ipsa illorum verborum materies congruit magis iis, quae calumniantibus, quam quae signum flagitantibus Christus respondit. His de caussis Matth. XII, 43—45 inserenda esse inter versus 37 et 38 existimavimus.

E contrario, quum, quae sunt in Matth. XII, 41. 42 et in Luc. XI, 31. 32, alterutro in loco ad *συναλλαξιν* conficiendam invertantur necesse sit, id in Lucae potius, quam in Matthaei, evangelio, faciendum censuimus, eo quod sententiarum, orationum, sermonum ordinem, sicut alias monuimus (Lege Praefation.) quoties nihil obstat, talem servare praestet, qualis est in Matthaeo.

No. CV

Matthaeus ait matrem et propinquos ad Christum venisse, *adhuc eo loquente*, ea videlicet, quae modo relata sunt. Nequeunt igitur haec a superioribus divelli, alioque tempore acciderunt, quam quae horum gemina leguntur in Luc. VIII, 19—21 (N. LX) neque enim veri minus simile est, haec bis accidisse. Series vero illa narrationum Matthaei et Marci, de qua superius (N. CIV) diximus, suadet credere Marcum de iis loqui, de quibus Matthaeus, non autem, de quibus Lucas loquutus est.

No. CVI

Si legas Matth. XXI, 1—XXIII, 14, conferasque cum Luc. XIX, 29—XX, 44, putabis, quaecumque Matthaeus congessit in caput XXIII, omnia tunc dicta a Christo fuisse, quum postremis vitae diebus Hierosolymae manebat. E contrario ea, quae in hoc ipso capite extrema sunt, manifestum est dicta esse non potuisse, nisi ante, quam ille Hierosolymam ultimo iter faceret (Lege N. CXV), quamquam totum hoc caput unam solidamque orationem complecti videatur. Sed insuper tantum non omnia, quae in eo continentur, reperies etiam in Lucae evangelio seiuncta ac dissita, ut quae Christus alio atque alio tempore protulerit. Nullus itaque dubites alias atque alias Christi oratiunculas, nullo temporum ordine observato, in caput hoc XXIII a Matthaeo congestas esse, quarum prima in Matth. XXIII, 1—22 descripta, sicut apparet ex Lucae XX, 45—47, per eos dies, quos postremos Christus Hierosolymae vixit, aliae alias habitae ab eo fuerunt. Id comprobant ipsa verba, quibus Matthaeus hoc caput exorditur: *Tunc Iesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos*, quibus numquam alias usus est, sed vel solos discipulos commemoravit, vel solas *turbas*, ut nemo non sentiat ea nunc coniunctim referri, tum quae ad discipulos, tum quae ad *turbas*, tum quae privatim, tum quae publice loquendi occasiones Christo fuerant distinctae ac separatae. Nemo itaque mihi opponat haec prima Matthaei verba, ut quae minus conveniant, ac quadrent, in privatos Christi sermones, qualis ille est, quem hic Lucas descripsit, et cui inter prandendum locus fuit. Ex his ipsis Matthaei verbis, quae in primo versu sunt, ea dumtaxat hic scripsimus, quae ad privatam non minus, quam ad publicam, orationem spectare possunt, ex ipsis autem Christi orationibus in Matth. XXIII congestis ea, quae legimus a versu 23 ad versum 36, quippe quibus Christi oratio a Luca in hoc loco descripta continetur, quamquam inter haec nonnulla sint, quae Lucas praeteriit,

sed ne minutatim, ut ita dicam, hoc Matthaei caput dissecaretur, ac divideretur, quod cur fiat nulla caussa est. Ceterum, si integrum servare ac relinquere id placeret, ubi Matthaeus posuit, videlicet in N. CXLV, non sane repugnabo; mihi tamen et commodissime haec eius pars hoc in loco poni posse videtur, et minus fortasse veri simile fit longiorem hanc in Pharisaeos oratiunculum, tam multis similibus atque adeo iisdem sententiis constantem, iisdemque minis conclusam, bis habitam esse.

Eadem, quae in Matth. XXIII, 23—26, legimus in Luc. XI, 39—42, sed contrario ordine. Invertenda tamen ea esse videntur in Matthaeo potius, quam in Luca, nam quod apud hunc primo, apud illum secundo loco est, id utique primum a Christo prolatum esse putandum est, utpote rem ipsam attingens, quum quum Pharisaeus convivator tacite reprobaret, occasionem Christo praebuit acriore hac obiurgatione Pharisaeorum gregem incessendi. Confer Luc. XI, 39. 40 et Matth. XXIII, 25. 26 cum Luc. XI, 38.

No. CVIII

Gemina sunt, quae referuntur a Matth. in XXIV, 43—51, quaeque a Luca in XII, 39—46. Bis dicta haec omnia Christo esse, eodem omnino ordine, iisdemque prope verbis, atque ita, ut, aliquot ante mensibus pronuntiata in magna hominum frequentia [1]) atque apostolis praesentibus [2]), privatim ea Christus repeteret coram unis discipulis, iisque quatuor numero [3]), non facile adducar ut credam. Utra tamen transponenda, anceps; nisi comperto utro die ea Christus pronuntiaverit, num, quum *multis turbis circumstantibus* [4]) cetera quoque in illud caput a Luca relata, an quum sedens in Oliveto *secreto* et *separatim*, solis apostolis, iisque haud pluribus fortasse, quam quatuor, adstantibus, cetera, quae apud Matthaeum legimus, loquutus est. Ipsa materies verborum Christi argumento esse posset, quo hoc alterum diceremus. Verum Lucas, cur eo die, quo ipse ait, dicta haec credantur, certius indicium suggerit, estque interrogatio illa, qua Petrus Christum haec loquentem interpellasse narratur: *Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad* OMNES? quinam enim vocabulo *omnes* designatur, nisi populus, qui tunc praesens aderat? Tum Matthaeus, qui temporum ordinem in scribendo minime observabat, merito creditur in illum locum ea omnia congessisse, quae, etsi aliis atque aliis diebus a Christo dicta fuerint, eodem tamen spectabant, quo ea, quae Christus illo die disseruit. Id autem coniicere est etiam ex insequente capite XXV Matthaei, in quod multae parabolae congestae sunt eodem pertinentes, quamquam nihil in eo reperitur, quod argumento esse queat eas una perpetuaque oratione a Christo esse narratas. Neque obstat exordium capitis XXVI, quasi ex hoc efficeretur contrarium eius, quod defendimus; etenim loquutio omnino eadem est, ac initio capitis XIX, in quo tamen aliud procul dubio significat, quam, quae deinde narrantur, acta ea fuisse statim, ut Christus, ea loquutus, quae sunt in capite XVIII, dicendi finem fecerit, sed vocabulum λόγους *sermones* idem valet ac *res*, quum in Matthaei ore tantumdem sonaret, ac hebraicum et syrochaldaicum דבר, proinde hunc ipsum huic vocabulo sensum subesse in Matth. XXVI, 1 pro comperto est.

No. CIX

Plerarumque omnium sententiarum, quae hic sunt, similes reperire est apud Matthaeum, diversis tamen in locis. Compara Luc. XII, 51—53 cum Matth. X, 34. 35, item Luc. XII, 54—56 cum Matth. XVI, 2—4, item Luc. XII, 58. 59 cum Matth. V, 25. 26. Similes, inquam, utraeque sunt, non unae atque eaedem; quod personae, loca, tempora, ceteraque adiuncta alia atque alia, nedum dissimilia verba dissimilesque enuntiationes plenissime comprobant, ut nemini videri queant utrique loci esse componendi.

No. CX

Parabolarum, quas Matthaeus in caput XIII, Marcus in caput IV, congesserunt, quaedam sunt etiam apud Lucam, non tamen una, sed pars in Luc. VIII, pars in Luc. XIII, ut quae non eodem omnes tempore a Christo dictae sint. Ex quo quis autumet illa Matthaei et Marci capita partienda esse, partemque cum Luc. VIII, partem cum Luc. XIII, componenda, maxime quum Matthaeus has omnes parabolas, in quibus est de *regno caelorum*, etsi fortasse non eodem tempore omnes a Christo

---

[1]) Conf. Luc. XII, 1. [2]) Ib. 1. 22. 32. 41 etc. [3]) Conf. Marc. XIII, 3. [4]) Luc. ib. 1.

dictas, in unum caput cogere dedita opera ac veluti coacervare voluisse videatur. Quibus positis iungere oporteret Matth. XIII, 1—23 et Marc. IV, 1—25 cum Luc. VIII, 4—18, quod utique fecimus (NN. LIV. LVI. LVIII), sed etiam Matth. XIII, 31—33 et Marc. IV, 30—32 cum Luc. XIII, 18—21. Verum secus existimavi, neque necesse esse visum est perturbare et invertere seriem atque ordinem parabolarum a Matthaeo et Marco descriptarum, atque alteras alteris dividere, quum nihil prohibeat credere aliquas harum parabolarum bis a Christo narratas esse. Quid vero, quod Matthaeus ipse testetur [1]) parabolas, quas retulit in XIII, 1—52, dictas esse ante illam Christi profectionem, quam in XIII, 52 commemoravit?

No. CXI

Hoc illud iter est, quod Christus Hierosolymam fecit sub diem festum encaeniorum, tribus fere mensibus ante obitum. Lege Lib. III. Diss. XLVIII. nn. 17 seqq. Ea vero, quae hoc die festo diebusque insequutis gesta a Christo legimus in Io. X, 22—XI, 54, collocanda esse inter versus 22 et 23 capitis XIII Lucae, in eiusdem illius dissertationis nn. 28 seqq. demonstravimus.

No. CXII

Christum ipso die festo encaeniorum, procul dubio non serius quam postridie, summum perendino, Hierosolyma discessisse, ut iret in Peraeam, ex Ioannis narratione clare satis apparet.

No. CXIII

Lazarum a mortuis Christus excitavit non multo post encaenia. Quum enim ex Peraea, quo statim post illud solemne secesserat (N. CXII), in Iudaeam ad Lazarum redire pararet, dixerunt *ei discipuli: Rabbi,* NUNC *quaerebant te Iudaei lapidare, et iterum vadis illuc?* Lege Lib. III. Diss. XLVIII. n. 29.

In urbem autem Ephrem secessisse idem dicendus est non multis diebus post Lazarum ad vitam revocatum. Id liquebit, si conferas, atque componas, tum tempus, quo Lazarum revivere iussit, tum modum, quo ea, quae mox acciderunt, Ioannes descripsit, tum moram, quam Christus, sicut idem ipse Ioannes narrat, traxit in illa urbe, tum ea, quae post moram hanc usque ad postremum Christi iter Hierosolymam gesta Lucas retulit [2]). Lege eiusdem illius dissertationis nn. 29 seqq.

No. CXIV. CXV

Ex Luc. XIII, 31 comperimus haec omnia eodem die accidisse, quumque Christus in Herodis ditione versaretur, proinde extra Iudaeam, ex Lucae autem XIII, 35 accidisse intra id tempus, quod intercessit inter Christi profectionem Hierosolyma post encaenia interque postremum eius iter ad hanc urbem. Ergo postquam peractis encaeniis Hierosolyma profectus in urbe Ephremo moratus per aliquod tempus iam fuerat, indeque discesserat. Lege Lib. III. Diss. XLVIII. nn. 29 seqq. Haec igitur post Io. XI, 54 ponenda sunt.

Christi verba, quae in finem huius capitis Lucas retulit, Matthaeus quoque commemoravit in extremo capite XXIII, idque, sicut apparet (N. CVI), non suo loco. Idcirco ea Matthaei περιχοπή huc transferenda fuit.

No. CXVI. CXVII. CXVIII

Sententiae bene multae in haec Lucae capita collectae sunt, quae apud Matthaeum quoque per diversas evangelii paginas sparsae reperiuntur. Nihil tamen transponendum esse putavimus, quum, sicut non semel diximus, nulla ratione prohibeamur credere id accidisse, quod usu venire solet, ut iterum atque adeo pluries hae sententiae a Christo proferrentur. Parabola illa descripta in Luc. XIV, 16—24 non eadem est, quae in Matth. XXII, 1—14. Lege N. CXLI. Altera in Luc. XV, 3—7, si ad argumentum attendas, alia non est, quam quae in Matth. XVIII, 12—14, non tamen iisdem verbis expressa; tum, quantumvis eadem, fieri potuit, ut bis a Christo narraretur. Neutram igitur, in neutro evangeliorum non suo loco descriptam esse suspicari est.

---

[1]) Matth. XIII, 53. [2]) Luc. XIII, 23—XVII, 10.

No. CXIX

Quod quaedam e Christi senteutiis in Luc. XVII, 1—6 descriptis relatae fueriut etiam a Matthaeo, nou unum tameu omnes in locum, non hoc quidquam adtentandum in ordine alterutrius evangelii, sed idem de his iudicium ferendum, quod de superioribus (NN. CXVI. CXVII. CXVIII).

Iter a Luca commemoratum in XVII, 11 illud est, quo Christus, Ephremo profectus, eque Iudaea per Samariam iu Galileeam regressus, inde Hierosolymam ultimo ire perrexit, inque eam perveuit paucis diebus ante obitum. Neque putes iuceptum hoc iter post illa, quee ante Luc. XVII, 11 leguntur, nam Christi ex urbe Ephremo in Galilaeam reversi Lucas superius in XIII, 31 iam meminerat, et, quaecumque is retulit post XIII, 22, omnia post Christi ex illa urbe discessum et iu Galilaeam adveutum ecta suut (NN. CXIV. CXV); sed uuuc mentionem itineris huius postremi, quamquam dudum incepti, Lucas iniicit, ut nos docent tum ea, quae proxime uarravit, tum quae statim est narraturus, iutra illud tempus evenisse, quo Christus hoc iter faciebat. Modus ipse, quo Lucas loquitur, id evincit; uou enim ait Christum tunc iter facere coepisse, sed, quum iter faceret Hierosolymam, transisse per mediem Samariam et Galilaeam, quae ita graece enuntievit: *Και ἐγενετο, ἐν τῳ πορευεσθαι αὐτον εἰς Ἱερουσαλημ, και αὐτος διηρχετο δια μεσου Σαμαρειας και Γαλιλαιας*, et quibus, vides opinor, ut, nou iuitium eut fiuem, sed totum itiueris tempus spatiumque complexus sit, intre quod ea, quae retulit, quaeque relaturus est, eveuerunt. Quum autem tali modo huius itiueris mentionem fecerit, apparet opportunius eam fecisse in media, quam in prima aut extrema narratione eorum, quae a Christo inter hoc iter egeudum gesta sunt; proinde nihil inde quis capiat quod cevilletur, quasi si Lucas quid admiserit minus congruens temporum ordini, quem tamen servandum sibi proposuisse professus est iu ipso evangelii exordio. Lege Lib. III. Diss. XLVIII. un. 27 seqq.

In Luc. XVII, 22—37 egitur idem argumentum, ac in Luc. XXI, 25—33, quae postreme pars est responsi a Christo dati discipulis eadem hac de re iuterrogantibus, quum quodam die simul in monte Oliveto una consedissent [1]. Non ergo mirum quaedam in hoc loco legi, quae, sicut Matthaeus ait iu XXIV, 37—41, Christus tuuc quoque dixerit, quum discipulis iu Oliveto illud dedit responsum, ut minime necesse sit credere haec a Matthaeo in aliam locum relata esse, ac temporum ordo postularet. Lucas vero, utpote cui *assecuto omnia a principio diligenter* [2]) compertum erat his haec a Christo dicta esse, ea pro suo instituto [3]) retulit, ubi Metthaeus omiserat, omisit, ubi retulerat.

No. CXXI

Ordo ac series eorum, quee deiuceps sequuntur, certiores nos faciunt nuuc locum esse iis, quae sunt in Metth. XIX, 13 seqq., proiude iis quoque, quae in Marc. X, 13 seqq.

No. CXXIV

Matthaeus in XX, 20. 21 et Marcus in X, 35—37 non contraria narrant, sed elia, nulloque negotio, quidqnid difficultetis in his esse videtur, removeas, si, ut fecimus, Marci verba, quae illam difficultatem afferunt, ponas iuter versns 21 et 22 Mattheei, coniuugasque Matth. XX, 22 et Marc. X, 38.

No. CXXV

Quaestio est multum agitate de caecis Hierichuntinis. Matthaeus duos hos fuisse affirmat, unum Mercus et Lucas, hic ante Christi ingressum in eam urbem, ille post egressum, visu donatum. Facile est Marcum et Lucam inter se veluti conciliare, imo nihil dicuut, quo dissentire videautur; nam alter caecus visum recepit aute, quam Christus Iericho ingrederetur, alter postquam is inde egressus fuit. Sed quid de Matthaeo? Scilicet id egisse, quod alias (NN. XXX. LXII. LXV. XCIII), ut idem genus res, praesertim proximis temporibus locisque gestas, coniunctiu commemoraret. Lege quae hec de re mox dicemus (N. CXXIX).

---

[1]) Matth. XXIV, 23 seqq. coll. 3; Marc. XIII, 21 seqq. coll. 3. NN. CXLVIII. CLI. [2]) Luc. I, 3. [3]) Lib. I. cap. III. n. 74.

No. CXXIX

Quum duorum caecorum sanationem, etsi alter altero prius visum receperit (N. CXXV), tamen Matthaeus coniunctim descripserit, mirari non est, quod pluralia verba adhibuerit, quae in Marci et Lucae narrationibus, utpote quorum alter de altero tantum caeco loquutus sit, singularia sunt. Hoc enim plerique omnes historici solent, quum coniunctim ea enuntiant, quae unus cum pluribus, sed singillatim, proinde verbis singularibus, loquutus est, ut pro singularibus pluralia verba usurpent. Cuius rei exempla praesto sunt in ipsis evangeliis, satisque sit meminisse hortationum, quas Lucas retulit habitas a Ioanne Baptista [1]). Sed neque illud officere potest nostrae sententiae, quod verba, tum quae uterque caecus Christo, tum quae Christus utrique, dixerunt, eadem omnino fuerint, quantum ex Matthaei narratione colligere est. Is enim prae ceteris evangelistis res perstringere potius solet, quam exponere. Illa vero verba maxime omnium obvia sunt ac translatitia, eaque ipsa, quae tantum non necessario a caecis et a Christo erant usurpanda, procul dubio quae omnium aptissima rei, quo simplicius simulque vividius fieri posset, strictim exprimendae, adeo ut et apud Marcum Lucamque vix ullum in illis discrimen deprehendas. Etenim alter caecus, quum comperisset, quae alteri pro voto evenerant, et ipse secus viam, qua Christus transiturus erat, consedit, ubi autem Christum propinquare sensit, ipse item, ac ille prior, clamare coepit, hunc Christus pari modo compellatus ita, ut priorem, quid vellet, percontatus est, idemque responsum, quod profecto non aliter fieri poterat, ab hoc tulit, quod ab illo, quippe quia uterque eamdem rem optabat, rogabatque.

No. CXXX

Quum Matthaeus, Marcus, et Lucas, post superiora statim describant postremum Christi adventum Hierosolymam, quae descriptio componenda erit cum Io. XII, 12 seqq., in quibus est de eadem hac re, liquet nunc locum esse extremo capiti XI Ioannis, hoc est, illis, quae Hierosolymae agebantur per eos dies, quibus Christus ad hanc urbem ultimo iter faciebat, adventabatque.

No. CXXXI

Quod alia Ioannes, alia Matthaeus et Marcus, commemorent, ubi coenam describunt Christo datam Bethaniae, non hoc compellimur Lightfooti commentum [2]) accipere, duas describi coenas aliam alio die factam [3]); non enim pugnantia hinc Matthaeus et Marcus, illinc Ioannes, retulerunt, sed disparia. Quin imo de una omnes atque eadem coena loquutos esse, vix dubitare sinit ceterarum rerum, quae in his tribus narrationibus leguntur, similitudo. Sed neque illud, quominus unam eamdemque rem narrari affirmemus, obstare potest, quod Ioannes aperte dicat coenam factam *ante sex dies paschae*, Matthaeus vero et Marcus dicere videantur biduo ante pascha [4]). Etenim hi nequnquam hoc dicunt, sed, quid biduo ante pascha acciderit, prius commemorant, postea coenam describunt, non tamen ita, ut quae intra illud biduum data sit. In eo autem loco ideo coenae huius meminisse videntur, quia, quum proxime narrassent, ut biduo ante pascha Iudaeorum primores consilium inierint, *ut Iesum dolo tenerent, et occiderent* [5]), vellentque mox referre, ut Iudas his consiliantibus operam in dolo hoc perficiendo se navaturum pactus fuerit, caussam quoque memoriae prodere voluerunt, qua Iudas ad id sceleris tandem impulsus fuit, quamque inter coenandum ei oblatam fuisse, etsi Matthaeus et Marcus ipsum non nominent, dicunt tamen, idque facile intelliges, si horum et Ioannis narrationes inter se compares. Lege Lib. III. Diss. XLIX.

No. CXXXII

Cave, putes Bethaniam a Marco et a Luca in hoc loco nominatam idem illud ipsum oppidum esse, quo Christus coenaverat, ac pernoctaverat, quamquam utraque Bethania in Oliveto posita esset. Incertum imo est, an haec Bethania oppidum fuerit, an potius certus quidam agri tractus, qualis etiam Bethphage fuisse creditur, quae pro Bethania a Matthaeo, una cum Bethania a Luca commemoratur, neque illud compertum, utramque Bethaniam unum atque idem nomen esse, ignota enim est forma ipsa sive hebraica, sive syrochaldaica, nominis utriusque. De his locis accurate disseruit

---

[1]) Luc. III, 12—14. [2]) Hor. hebr. et talmud. in Matth. XXVI, 6 et in Io. XIII, 1. 2. [3]) Lib. III. Diss. L. nn. 5—16. [4]) Matth. XXVI, 2; Marc. XIV, 1. [5]) Ib.

Lightfootus non una in pagina operis sui, cui titulus est *Horae hebraicae et talmudicae*. Ceterum Bethaniam Bethania distinguere ipsi Lucas et Ioannes nos docuerunt; hic enim scripsit oppidum Bethaniam *quasi stadiis quindecim* Hierosolyma distare [1]), ille aliam Bethaniam, longe minus, hoc est *sabbati iter* [2]), quae sunt stadia fere quinque [3]). Quo posito rationem ordinis, in quem quadruplicem hanc narrationem digessimus ac distinximus, nullo negotio percipias. Hoc unum animadverte, quod ad illas adclamationes *Hosanna, Benedictus, qui venit, cetera*, a Ioanne eas descriptas esse, quibus Hierosolymitae, urbe egressi, atque obviam Christo pergentes, hunc exceperunt, a ceteris, eas, quibus turba Christum comitata usa fuit, proinde a Ioanne prius, a ceteris postea, quum Christus asello insederat, factas dici. Lege Lib. III. ib.

Versus 17 et 18 Ioannis exhibent tum id, quod e superioribus consequitur, tum horum caussam, non igitur ab his sunt seiungendi. Versui vero 19 aptissime subiungitur, ac veluti cohaeret, versus 39 Lucae. His de caussis prius posuimus illos Ioannis continuoque hunc Lucae versum.

No. CXXXIII

Marcus in XI, 11 de Christi in urbem et in templum ingressu coniunctim loquitur, ut appareat Christum mox, ubi Hierosolymam advenit, ad templum adscendisse. Matthaeus in XXI, 12 Christi in templum ingressi meminit statim post eius adventum ad urbem, cuius meminerat in versu 10, non tamen coniunctim, imo ita, ut manifestum sit ipsum loqui de Christo in templum ingresso tunc, quum negotiatores inde eiecit; quod quum acciderit non illo die, quo is Hierosolymam advenerat, sed, sicut Marcus expresse adfirmat, postridie [4]), consequens est, ingressum in templum a Matthaeo commemoratum in versu 12 non illum esse, de quo est in Marci versu 11. Ast ea, quae Matthaeus in versus 14—16 retulit, utique in templo, sicut ipse ait, acta fuerunt, sed illo ipso die, quo Christus advenerat. Id colligimus primo ex adclamationibus, quarum mentio hic fit, iisdem ac illis, quibus Hierosolymitae Christum adventantem excepisse ac prosequuti esse superius dicti sunt; deinde ex eo, quod Matthaeus statim in versu 17 haec subiungat: *Et relictis illis abiit foras extra civitatem in Bethaniam*, quod si cum posterioribus compares cumque Marci narratione (N. CXXXV), comperies factum eodem illo ipso die, quo diximus. Versum autem 14 Matthaei, non prioribus, id est, versui 13, sed posterioribus iungi oportere apparet ex insequente versu 15.

No. CXXXIV

His, quae habet Ioannes in XII, 20—36, locus est continuo post Matth. XXI, 16, utpote quae facta dictaque fuerint eo die, quo Christus Hierosolymam advenerat. Etenim minime dubium est alio die facta haec dictaque fuisse, quam pridie mortis Christi, quum Ioannes narrare incipiens, quae post supremam coenam is egit, hoc utitur exordio: *Ante diem festum paschae* [5]), quo manifestum fit ipsum hactenus de iis loquutum, quae evenerant ante illum diem, qui dies fuit pridie mortis Christi, hic enim primo die azymorum in crucem actus est. Plura autem sunt, quae confirmant illa omnia eo die accidisse, quo diximus. Cum primis considera nullum vel levissimum indicium esse, quo secus opinemur; quare, quum ea narrentur continuo post Christi ingressum in illam urbem, eodem die omnia gesta esse merito creduntur. Sed ipsa Ioannis narratio argumenta suggerit, quibus id confirmemus. Nam desiderium illud Christi videndi, quo quidam Graeci acti fuisse dicuntur in Io. XII, 20—22, excitatum videtur grandi concursu, festivis adclamationibus, ceterisque laetitiae signis editis, quum Christus in urbem inque templum advenit. Quid autem erat *hora* illa, de qua Christus ita loquutus est: VENIT HORA, *ut clarificetur filius hominis*, in Io. XII, 23, nisi ille ipse dies, quo Hierosolymam advenit, ut tandem opus suum consummaret? Conf. Matth. XX, 17—19; Marc. X, 32—34; Luc. XVIII, 31—34. Compara etiam haec Christi verba cum illis, quae paulo post protulit: *Pater, salvifica me ex hac hora; sed propterea veni in horam hanc*, in Io. XII, 27. Continuo autem populo suam mortem praenuntiavit in Io. XII, 24, idque iterato in Io. XII, 32; cui praedictioni opportune admodum faciendae locus fuit procul dubio statim ab adventu in urbem abque pompa illa triumphali, qua exceptus fuit. Conturbatio vero, quae tunc Christum incessit, et de qua est in Io. XII, 27, unde orta credatur, nisi ex eo, quod ipse sentiret se iam ibi esse, ubi acerbissima

---

[1]) Io. XI, 18. [2]) Luc. XXIV, 50 coll. Act. I, 12. [3]) Lib. III. Diss. XLIX. n. 2. [4]) Marc. XI, 15. N. CXXXVI. [5]) Io. XIII, 1.

mors brevi sibi foret obeunda, interque populum, tuno quidem ipsi festivis vocibus adclamantem, sed qui paucis post diebus ipsum ad supplicium rapi flagitaturus esset? quae vera magis videbuntur, si meminerimus, ut paulo ante simile quid Christo acciderit, quum *videns civitatem flevit super illam* [1]). Ad haec testimonium, quod caelitus Christo datum a patre fuisse dicitur in Io. XII, 28, io loco datum fuisset, si mox ac Christus Hierosolymam advenerat, quo Hierosolymitae admouerentur, tandem id agerent, ad quod perpauci dies supererant. Item in loco, siquidem illo die, Christus haec dixisset: NUNC *iudicium est mundi,* NUNC *princeps huius mundi eiicietur foras,* quae sunt in Io. XII, 31, videlicet *adesse* iam *tempus,* quo haec fierent. Quae denique mouita legimus in Io. XII, 35. 36, minus provide in alium diem Christus distulisset, quum ium tum dies, nisi admodum pauci, superessent, quibus Hierosolymitae ea, quae monebantur, exsequi possent. Atque haec sunt, quae confirmare videntur, quaecumque Ioannes retulit in XII, 20—36, illo ipso die acta esse, quo Hierosolymam Christus ultimo advenit. Ponenda tamen esse post Matth. XXI, 16 eo efficitur, quod, sicut Ioannes ipse affirmat, Christus his dictis sese abscunderit; quod belle respondet eius secessui extra urbem commemorato a Matthaeo [2]) et a Marco [3]), neque alia, quum hic secessus, illius diei hora fieri potuit, idque appuret ex serie eorum, quae intra illum ipsum diem gesta iidem bi duo descripserunt.

Plane incompertum est, quo die Christus ea dixerit, quae sunt in Io. XII, 44—50, nisi quod nemo non intelligit ea afferri a Ioanne non *ἱστορικῶς*, sed *ἐλεγκτικῶς*, quorum oppositione illos coarguat, in quos proxime invectus est, quique *crediderunt in eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur, ut e synagoga non eiicerentur*; quare illa Christi ab his Ioannis verbis separanda non sunt. Ipsis autem his Ioannis verbis totique *περικοπῇ* Io. XII, 37—43 ut alium locum assignemus, nulla caussa est, quum universalis quaedam adnotatio ea sit perversae ac pervicacis Iudaeorum mentis Christo obsequi huiusque doctrinae adsecosum adhibere recusantium.

No. CXXXV

Si diebus initium fiat, non, ut Iudaei solebant, a solis occasu, sed nostro more a media nocte, id, quod in hoc loco descripsimus ex Matth. XXI, 17 et ex Marc. XI, 11, factum fuit primo hebdomadae die circa vesperam, quod autem ex Matth. XXI, 18—19 et ex Marci XI, 12—14, postridie mane. Lege Lib. III. Diss. XLIX.

No. CXXXVI

Lege N. CXXXIII. Lucae verba *Et erat docens quotidie in templo*, non secus atque illa, quae sunt in extremo capite XXI (N. CLIV), in universum dicta sunt de postremis vitae diebus, quos Christus Hierosolymae egit; proinde ordo temporum minime postulat, ut ibi ea relinquamus, ubi a Luca scripta sunt. Contra ea versus 18 capitis XI Marci nequit a superiore versu 17 avelli, neo quidquam inter utrumque interseri orationis contextus patitur. Quum igitur versui 17 Marci respondeat Lucae versus 46, versui vero Marci 18 totum illud, quod Lucas retulit in alterum hemistichium versus 47 inque versum 48, ne series historiae *διατεσσάρων* turbetur, illa Lucae verba, quae sunt in primo hemistichio versus 47, post versum 48 transferantur necesse est.

No. CXXXVII

Quamquam haec, pro eo ut Matthaeus hoc historiae caput exposuit, cuiqnam videri queunt accidisse statim, ac Christo iubente exaruit ficus illa, de qua est in Matth. XXI, 18. 19, nemo tamen non perspicit illud e Matthaei verbis nequaquam effici nec esse consequens. Imn Marcus, qui utrumque literis consignavit, et ficum arefactam, et Christi discipulos prodigium admiratos, aperte ait alterum pridie, alterum postridie, contigisse (N. CXXXV). Licet tamen alio modo haec componas. Nam, quum Matthaeus diserte affirmet ficum Christi iussu *παραχρῆμα continuo* aruisse [4]), fieri utique potuit ut Christi discipuli, quum id vidissent, admiratione capti statim ea dicerent: *Quomodo continuo aruit!* quae leguntur in Matth. XXI, 20, postridie autem, sicut Marcus memoriae prodidit, *cum mane transirent,* viderent *ficum aridam factam a radicibus, et recordatus Petrus* diceret Christo: *Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti aruit;* tunc autem, non vero pridie, Christus ea respondit, quae Matthaeus in XXI, 21. 22 et Marcus in XI, 22—24 retulerunt. Quibus positis versum 20 Matthaei

---

[1]) Luc. XIX, 41. [2]) Matth. XXI, 17. [3]) Marc. XI, 11. [4]) Matth. XXI, 19.

ponere oporteret superius in N. CXXXV, tertio loco, hoc est, post versus 18. 19. Quum tamen, ut dixi, constet, nam Marcus expressis verbis id dicit, Christum discipulis admirantibus respondisse, non illo ipso die, quo ficum arescere iussit, sed postridie, placet magis discipulorum verba a Christi responso non seiungi.

Atque haec satis quidem sunt ad utriusque narrationis συναλλαξιν conficiendam. Difficultatem tamen haud levem illud habere videtur, quod, quum Matthaeus dicat ficum *παραχρῆμα extemplo* ad Christi iussum fuisse arefactam, consequitur id Matthaeum ipsum, qui praesens aderat, aut certe aliqui apostolorum, a quibus ipse acceperit, suis oculis conspexisse. Qui igitur Petrus postridie potuit ita hac de re loqui, ut qui ad eam tunc primo animum adverteret? sic enim eius verba, qualia sunt in Marc. XI, 19, sonare videntur. Enimvero haud nostrarum partium est hanc difficultatem removere, sed eorum, qui grave negotium de evangeliis enarrandis atque explanandis suscipiunt. Dicam nihilominus, quod sentio. Tres veluti vias patere ad rem enodandam. Prima est, ut attentius Petri verba expendantur; si enim id fiat, pervidebimus ut necesse non sit haec in eum sensum accipere, qui illam parit difficultatem. Quid enim si Petrus nihil aliud voluit, nisi illud notare atque in mentem iis, qui aderant, reducere, quod pridie evenerat? huc certe videtur pertinere verbum *ἀναμνησθεὶς recordatus*, scilicet eius rei, quam pridie intuiti atque admirati fuerant. Deinde quid, si Petrus dicatur verbo *ἐξήρανται aruit* significare voluisse, ut ficus pridie arefacta, talis adhuc esset ariduque permaneret, prodigii perennitatem admiratus videlicet? Denique Matthaeus ait quidem ficum *παραχρῆμα extemplo* fuisse arefactam, non tamen ex toto, Marcus autem narrat, ut postridie eam viderint *arefactam a radicibus*; hoc itaque Petrus forte notavit, quod tota iam aruisset, quae pridie *extemplo* arescere coeperat.

No. CXLI

Nulla caussa apparet, cur parabola de regiis nuptiis a Matthaeo in hanc evangelii paginam relata eadem haberi debeat, atque illa de quodam homine magnam coenam adparante descripta in Luc. XIV, 16—24. Quin imo ipsa utriusque parabolae lectio atque inter se comparatio haud sinit haerere nos, quominus alteram ab altera separemus (N. CXVI).

No. CXLII

Matthaeus, Marcus, et Lucas, Christi et Sadducaeorum sermonem referunt, post quem Lucas ita concludit: *Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.* Attamen Matthaeus et Marcus continuo narrare pergunt, ut Christus fuerit interrogatus, *quod esset primum omnium mandatorum* [1]), utque occasionem huic quaestioni dederit ille ipse sermo a Christo proxime habitus cum Sadducaeis. Neque huic ἐναντιοφανείᾳ satis remedium afferas, si hunc alterum sermonem, quem soli Matthaeus et Marcus literis consignarunt, inseras inter Lucae versus 39 et 40, ita ut versus hic Lucae 40 respondeat versibus 46 Matthaei et 34 Marci, in quibus eadem, quae in illo, dici videntur; difficultatis namque caput est, quod Lucas dicere videatur, post refutatos a Christo Sadducaeos, neminem ausum ulterius esse huiusmodi interrogationibus Christum incessere. Facile tamen rem totam enodabis, ubi consideraveris, ut Lucae verba, hnc ipso, quod subiuncta continuo sint sermoni habito cum Sadducaeis, appareat, de his tantum dicta esse. Id ea comprobant, atque confirmant, quae commemorata a Matthaeo ex ordine sequuntur, ut Christus Sadducaeos dato his responso silere coegerit, atque alii utique Sadducaeis ii fuerint, qui mox Christum interrogaruut. Quare perperam Lucae versum 40 cum illis Matthaei et Marci versibus una componeres.

No. CXLIII

Sadducaeis ad silentium compulsis, sicut Lucas narravit, non magis pro voto Pharisaeis scribisque Christi sapientiam tentantibus rem cecidisse, Matthaeus et Marcus scripserunt, Matthaeus quidem post descriptam rationem, qua Christus homines vicissim tentavit, Marcus autem ante, statimque post Christi responsum cuidam scribae interroganti datum. Non igitur dubitare est Pharisaeos scribasque obmutuisse, antequam Christus his vicem interrogatione sua, tametsi alio prorsus exitu, rependeret. Matthaeus vero, qui illud post hanc Christi interrogationem retulit, non tamen ait post hanc evenisse.

---

[1]) Marc. XII, 28; Matth. XXII, 34.

Itaque, non quasi si temporum rerumque gestarum ordo ac series id flagitarent, sed ut utriusque evangelistae narrationes παραλλήλως exhiberemus, alterum ex Matthaei versu 46 hemistichium illam rem continens ab altero avulsum huc transtulimus.

No. CXLVIII

Hic Christi et discipulorum sermo habitus fuit tertio hebdomadae die sub vesperam, illius, inquam, hebdomadae, cuius die sexto Christus actus fuit in crucem. Lege Lib. III. Diss. XLIX. Totum hunc sermonem, quem Matthaeus in XXIV, 3—42, Marcus in XIII, 3—37, et Lucas in XXI, 7—36, nobis exhibent, in quatuor partes dividere visum est, quarum prima triplicem quaestionem a discipulis propositam, ceterae tres singulae singulas responsiones singulis quaestionibus a Christo datas contineant; quo ii iuventur, quibus nonnihil negotii facessit rerum in his contentarum in certa quaedam capita distributio. Lege, quae de hoc sermone diximus in libris *De interpretatione scripturarum sacrarum* [1]).

No. CXLIX

In his componendis aliquid difficultatis nobis est a Marci versu 12. Etenim apud Matthaeum legimus Christum prius, quae suis, eaque in versu 9, tum in versu 10, quae ceteris sub mundi finem eventura essent, praedixisse; quare, si haec Matthaei et Lucae capita ita disponas, ut Matthaei versus 10, ordine haud immutato, sequatur Lucae versum 19, nil non liquebit. At Marci versus 12, qui Lucae versui 16 respondet, respondere simul videtur partim versui Matthaei 9, partim versui 10, inverso tamen ordine, ut, quae priora sunt in Marci versu 12, versui Matthaei 10 respondeant, versui autem 9, quae posteriora; quamquam versui Lucae 16, cui Marci versus 12 respondet, minime respondeat versus Matthaei 10, quum Christus in illo de suis loquatur, in hoc de aliis, sed solum versus 9 idque ex parte dumtaxat. Hinc anceps cuiquam videatur, utrum priora in Marci versu 12 versui Lucae 16 re ipsa respondeant, an versui Matthaei 10, cumque illo, an cum hoc componenda sint, hoc est, utrum eâ Christus de suis, an de aliis praedixerit. Verum versus Marci 13, in quo Christus eadem de re dicere pergens discipulos, qui praesentes aderant, alloquitur, idque ita, ut non modo his, sed etiam de his loquatur, non secus ac in Marci versu 11 fieri videmus, dubitationem omnem eximit, evincitque in Marci versu 12, quantus quantus hic est, nulla alia esse iis, quae sunt in versu Lucae 16, sed, immutatis dumtaxat verborum personis, omnia eadem in utroque, videlicet quae Christus non de aliis, sicut in Matthaei versu 10, sed de suis praedixit.

Versus Matthaei 14, utpote quod totius responsionis caput est, alio transferendus haud est; transferri igitur oportuit Marci versum 10.

No. CLII

Suum his proprium locum assignavimus, quo a superioribus distinguerentur ac separarentur, quippe quia locus non est in iis, quae Christus quaestioni illi triplici sibi ab apostolis propositae respondit.

No. CLIII

Parabolae, quae sunt in Matth. XXIV, 43—XXV, 46 ideo in hunc locum a Matthaeo congestae videntur, quia harum argumentum illud ipsum est, quod proximae Christi orationi fuit, tametsi aliae alias a Christo narratae esse credendae sint. Ex Lucae evangelio compertum habemus, quando Christus illas dixerit, quae leguntur in Matth. XXIV, 43—51. Lege N. CVIII. Ceteras, quae in capite XXV, ibi relinquamus necesse est, ubi Matthaeus posuit, quum quinam his suus sit locus, ignoremus.

No. CLV

Quomodo explicare oporteat primum versum capitis XXVI Matthaei, lege sub finem N. CVIII. Illa verba *Scitis, quia post biduum pascha fiet*, quae sunt in Matth. XXVI, 2, a Christo dicta esse vespere sub horam illam, in quam tertius hebdomadae dies Iudaeis exibat, in alio loco demonstramus [2]).

---

[1]) Lib. I. n. 339. [2]) Lib. III. Diss. XLIX. n. 3.

Quae Marcus ait: *Erat autem pascha et azyma post biduum, et quaerebant summi sacerdotes et scribae, quomodo eum dolo tenerent, et occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo*, ne haec ita dictu putes, veluti si Hierosolymitarum primores id quaerere intra illud biduum coeperint, quum e contrario constet hoc ipsum pridem fieri coeptum [1]), sed sensus est, ut vel ex ipso solo verbo imperfecto *ἐζήτουν quaerebant* intelligere datur, incepisse illud biduum post illa, quae proxime narrata sunt, quumque incepit, iam eo consilio Hierosolymae agitari coepta fuisse. Nisi tamen, quod longe verius dixeris, Marcus in hoc loco non alia narrat, quam Matthaeus. Hic enim uit concilium eam ob rem coactum, idque postquam Christus illa *Scitis, quia post biduum pascha fiet,* iam protulerat, quum autem haec non ante extremum illius diei protulerit, qui more Iudaeorum dies erat hebdomadae tertius, mensisque nisanis duodecimus, tertius ante pascha, quumque magis credibile sit matutinis, quam vespertinis horis concilium esse habitum, efficitur habitum quarto hebdomadae die, mensis nisanis decimotertio, primoque bidui, quod ante pascha supererat. Quare de hoc concilio Marcus loqui videtur. Simili ratione, qua Marcus, tametsi non iisdem omnino verbis, Lucas haec commemoravit. Ex his igitur, quae diximus, ratio apparet huius *συναλλάξεως*. Ceterum compertum liquido habemus non idem a Matthaeo narrari in hoc loco, quod a Ioanne in XI, 47—53, quum illud actum fuerit intra biduum ante pascha Christique diem supremum, hoc autem, antequam is secederet Ephremum, Galilaeamque post hunc secessum repeteret, atque inde postremo veniret Hierosolymam. Lege N. CXIII.

No. CLVI

Sollemni sacro, quod pascha vocabatur, faciendo statae erant horae vespertinae ante solis occasum, in quem mensis nisanis dies XIV exibat, incipiebatque XV. Haec autem dies XV festa erat primaque septem dierum, qui dies azymorum nomen habebant [2]). Abstinentiae tamen fermenti initium fiebat vespere diei XIV [3]). Hinc mos adnumerandi diebus azymorum diem quoque hanc XIV, proinde et diversa loquendi ratio, ut modo septem, modo octo, esse hi dies dicerentur. Apud Maiemonidem haec legimus: *Quum dicitur: Prima die fermentum aedibus vestris eiicietis, traditione docentur prima die intelligi decimamquartam* [4]). Sed longe gravius praesto est Iosephi testimonium, qui quidem in tertio libro Antiquitatum haec ait: *Quintadecima autem die, paschatis sollemnitatem azymorum sollemnitas excipit* SEPTEM *diebus peragenda, per quam azymis vescuntur* [5]); ut in libro secundo: *Quare in memoriam*, inquit, *eius, quae tunc fuit, inopiae agimus per dies* OCTO *sollemnitatem azymorum dictam* [6]). Nulla ergo difficultas esse potest ab his Marci verbis: *Et primo die azymorum, quando pascha immolabant*, quae sunt in XIV, 12, multoque minus ab his, quae Lucas ait in XXII, 7: *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha*; uterque enim octo dies azymorum numerasse dicendus est, quorum primus esset dies mensis nisanis decimusquartus. Quibus positis nulla dubitatio esse potest, quin Matthaeus, quippe qui eamdem rem narrat atque illi duo, eumdem etiam diem XIV, non autem XV, significaverit, quum haec scripsit: *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, et cetera.* Itaque Christus die XVI kal. april. anni aerae vulgaris XXIX, quae dies quinta erat hebdomadae, et XIV mensis nisanis, horis pomeridianis, ante solis occasum Hierosolymam duos apostolos misit, qui ea, quae opus erant, procurarent, sollemneque epulum adpararent, ipseque mox eos subsequutus fuit. Haec non uno argumento confirmantur. Apostolis enim urbem ingredientibus, sicut legimus in Marc. XIV, 13 et in Luc. XXII, 10, occurrit *homo lagenam aquae βαστάζων baiulans*, quod quum die festo non liceret, nondum dies XV inceptus fuisse dicendus est, quum illuc hi pervenerunt. Cur autem Marcus ita loquutus est: *Prima die azymorum, ὅτε* QUANDO *pascha immolabant, dicunt ei discipuli: et cetera?* cur non dixit *ἐν ᾗ in qua* die, ut Lucas? Nonne illud *ὅτε quando* melius in eum sensum accipias, ut, nequaquam ad primum diem azymorum id referatur, sed horam ipsam diei designet, qua *pascha immolabant*, tempus, inquam, vespertinum, quod erat ab hora nona ad solis occasum, illaque hora apostoli missi dicantur? Hoc ipsum significare videntur Lucae verba *ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα in qua necesse erat occidi pascha*, scilicet, non ad epulum parandum dumtaxat, sed et ad faciendum agno apostolos missos fuisse. Hanc Lucae verborum explicationem, atque adeo rem ipsam, illud porro confirmat, quod in illo sollemni agnum mactare, etsi non sine sacerdotum ministerio, eorum erat, qui illum his afferebant,

---

[1]) Io. XI, 47—53. [2]) Ex. XII, 6. 15—20. [3]) Ib. 18. [4]) De fermento et azymo sect. II ap. *Lightfoot.* Minister. templi cap. XII. sect 2. [5]) Antiq. L. III. c. 10. § 5. Conf. Lib. XI. c. 4. § 8. [6]) Ib. L. II. c. 15. § 1.

afferebant autem, qui erant comesturi [1]). Accedit, quod *ἑτοιμασαι το πασχα parare pascha* non aliud significare videntur, quam illam sollemnium praeparationem, quae a Iudaeis הכנה dici ac pridie dierum festorum fieri solebat [2]). Ad haec, quum Christus dicitur hos misisse in orbem, liquet eum tunc fuisse extra orbem. Ubi vero, nisi Bethaniae? hic enim domum habuit illis diebus, per quos horis diurnis Hierosolymae versabatur [3]). At Bethania ab hac urbe distabat stadiis quindecim (N. CXXXII), itinere triplo eius, quod diebus festis confici fas erat; non ergo illi duo mitti potuerunt post solis occasum, quum iam dies festos azymorum, mensisque nisanis decimusquintos inceptos erat. Imo, quum ipse Christus Bethania Hierosolymam non discesserit, nisi aliquo horae spatio post duos apostolos, quumque eadem illa de caussa putandus sit discessisse tanto temporis spatio ante solis occasum, ut sole occidente non longior via Hierosolymam usque emetienda superesset, quam die festo liceret, consequitur missos illos fuisse, aliquammulta hora ante exitum diei XIV.

Quae Christi verba leguntur in Luc. XXII, 18, loco ea scripta esse facile intelliges, ubi versum hunc 18 contuleris cum 16; sicut enim hic versui 15, ita versui 17 ille respondet. Verum eadem haec verba et apud Matthaeum reperias in XXVI, 29, et apud Marcum in XIV, 25, alio tamen in loco posita, ac apud Lucam, veluti post institutam eucharistiam a Christo pronuntiata; quod, si ita foret, difficultate haud vacaret. Non illud urgebo, ut minus veri simile esse videatur intra exiguum horae momentum eamdem sententiam bis a Christo fuisse enuntiatam, quamquam nec praeceptum ullum ea continent, neque consilium, neque monitum, non hortationem aliquam, non redargutionem, non aliud, quod inculcari oporteret, sed meram rei utique futurae narrationem. Non ergo hoc urgebo, tametsi nihil huius simile in Christi sermonibus aut orationibus de facili deprehendas, quae autem veluti talia quidam nobis opponunt deprompta ex Ioannis XIV, 13 et XVI, 23, ab re esse patet, horum enim altera Christus dixit, quum adhuc erat in coenaculo, altera longe post illa, quum e coenaculo iam fuerat egressus [4]), neque una atque eadem est utrorumque sententia, hortationesque ad Deum orandum utraque sunt. Ast difficultatem sane graviorem habet quaestio, cur Christus ita loquutus fuisset tantum *de genimine vitis*, postquam sanguinem suum apostolis potandum dederat, non item de pane, postquam corpus suum porrexerat edendum. Itaque, hanc difficultatem ut amoveas, animadverte, ut, quae a Christo dicta atque acta Lucas retulit in XXII, 15—18, Matthaeus prope ex toto praeterierit; quum tamen is memoriae prodere vellet summum eorum, quae inter ea Christus praedixerat, adque id satis foret alteru ex illis duabus Christi praedictionibus, utpote in idem spectantibus atque ex hac parte prorsus geminis, hanc unam literis consignavit, tamen post coenae descriptionem, eo quod alius locus non esset in ipsius evangelio, in quo ea poneretur. Marcus autem Matthaeum transcripsit. Atque hae mihi caussae fuerunt, cur Matthaei XXVI, 29 et Marci XIV, 25 huc transferrem, cumque Lucae XXII, 18 componerem.

No. CLVII

Christus, quum esset in coenaculo, pluries loquutus est de proditione, quam Iudas iam erat exsequuturus, ter tamen apertius, quam alias, primo ante institutam eucharistiam, eaque dixit, quae sunt in Matth. XXVI, 21—25 et in Marc. XIV, 18—21, secundo mox ab eucharistia instituta, quae legimus in Luc. XXII, 21—23, tertio, postquam apostolorum pedes laverat, quae Ioannes retulit in XIII, 21—26. Ipse ordo, quo evangelistae haec narrant, eos refellit, qui autumant Christum illa de re, non pluries sed vel semel, vel bis, apertius esse loquutum, simulque una continenti oratione aut duabus illa verba protulisse, quae seiunctim ac separatim ab eo per intervallum prolata fuisse affirmamus, atque ita autumant, quamquam nihil est, ex quo quis suspicetur inversum esse ordinem, quod tamen illi ponant necesse est, narrationum Matthaei et Marci, neque enim quidquam veri magis simile est, quam ut Christus intra illud temporis spatium pluries occasionem ceperit immane facinus perstringendi, tum quod vehementer ob id doleret, atque angeretur, tum ut discipulo ad resipiscendum hos veluti stimulos adhiberet. Ad hoc alia sunt, quae Lucas, alia, quae Matthaeus et Marcus Christum loquentem inducunt (N. CLIX), quod autem utraque in similem comminationem desinant, non hoc quisquam iure concludat partes haec esse unius atque eiusdem orationis. Qui vero negant his, quae secundo de Iudae proditione Christus loquutus est, a Luca descriptis distingui ac separari oportere ea, quae idem ipse Christus eadem de re loquens inducitur a Ioanne, positum habent Christum discipulorum pedes lavisse ante institutam eucharistiam, ex Ioanne enim discimus Christum

[1]) Lib. III. Diss. L. n. 2. [2]) Ib. n. 31. [3]) Lib. III. Diss. XLIX. n. 3. [4]) Conf. Io. XIV, 31.

post hanc lotionem illa loquutum esse, ex Luca autem continuo post ea verba, quibus eucharistiam confecit; verum infra ostendemus eucharistiam ante ablutos discipulorum pedes a Christo esse confectam (N. CLX). At dubitatur, qui fieri potuerit, ut, postea quam Christus semel atque iterum proditorem notaverat, nondum apostoli intelligerent, de quonam is loqueretur, adeo ut, quum tertio id faceret, animi penderent adhuc, adspicerentque *ad invicem . . . haesitantes, de quo diceret* [1]. Neque, dubitandi rationem praebent haec, quae dixit, quum secundo de Iudae proditione loquutus est, *Veruntamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa* [2], nam nequaquam necessario significant unius Iudae manum tunc fuisse super mensam, quo indicio proditor certo deprehenderetur, imo non hunc esse eorum sensum liquido intelligimus ex eo, quod ceteri, his auditis, coeperint *quaerere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset* [3], sed sensus est Iudae, aeque ac ceterorum, manum fuisse super mensam, in qua Christi quoque manus tunc erat. Etenim simili plane ratione interpretanda sunt haec, quae primo Christus dixerat de Iuda, *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*, sic a Matthaeo relata, a Marco autem ita, *Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino*, quippe quae non minus vere dicta forent, si multi, quam si unus Iudas simul cum Christo, atque adeo si Iudas utique intra eamdem horam, quamquam non uno atque eodem horae momento, ac Christus, manum ad catinum extendisset. Credere etiam est indicium a Christo suppeditatum haud fuisse ab apostolis perceptum, eo quod Iudas, se deprehensum sentiens, manum illico de mensa retraxerit. Neque respondere iuvat voluisse Christum indicium proditoris exhibere, ideoque illis verbis aliquid significasse, quod unus Iudas tunc faceret, quod tamen, si ea, quae affirmamus, vera essent, dicendus foret minime fecisse; ne quis, inquam, ita respondeat. Etenim constat haudquaquam Christo ea dicenti atque agenti curae fuisse, ut proditorem suum ipse ceteris proderet, ac manifestaret, neque enim id suspicari sinunt ratio ac modus dicendi atque agendi, quibus tunc usus est, quippe qui ne verbo quidem aliquo aut nutu Iudam apertius indicaverit, sed ut hunc certiorem faceret patere sibi ipsius consilia, atque hoc modo ad frugem corrigeret. Ceterum summa sententiae subiectae Christi verbis, tum quae Matthaeus et Marcus, tum quae Lucas, descripserunt, haec est, proditorem esse unum de accumbentibus, eadem ipsa, quae subest verbis postremo loco illa de re a Christo dictis et a Ioanne descriptis, *Qui manducat meum panem, levabit contra me calcaneum suum* [4]. Non ergo ex Christi verbis, sive quae Lucas, sive quae Matthaeus et Marcus, literis consignarunt, est repetenda, sed ex eo, quod Iudas, quum Christus primo proditorem indicio quodam minime certo ac definito designavit, ita palam ceteris hunc percontatus est: *Numquid ego sum, rabbi?* cui Christus: *Tu dixisti;* quae in Matth. XXVI, 25 legere est. In promptu tamen est, quo haec dubitatio eximatur; scilicet eo ipso, quod post haec proditor ignotus adhuc ceteris esse pergeret, effici illum brevem sermonem Christi et Iudae ita fuisse habitum, ut ceteri, quae hi duo dixerant, saltem quae Christus responderat, non omnes audierint, vixque aliquis intellexerit neque aliter, quam de responsionis sensu subdubitans. Lege Lib. III. Diss. L. n. 12.

No. CLVIII

In Lib. III. Diss. L. n. 17 ostendimus, Ioannem ipso initio capitis XIII indicasse eucharistiam a Christo institutam; quo posito primus huius capitis versus dicendus est continere summam eorum, quae ceteri evangelistae fusius exposuerunt, proinde ante narrationem ab his ea de re conscriptam ponendus, ut fecimus.

No. CLIX

Lege N. CLVII. Multiplex discrimen inter haec intercedens interque superiora Christi verba ibi a nobis descripta, iure mireris, quod ita nullum quibusdam videatur, ut utraque, nisi unam atque eamdem orationem, esse existiment. Attamen illa a Christo dicta fuerunt *ἐσθιόντων αὐτῶν* [5], inter coenandum, haec *μετὰ τὸ δειπνῆσαι postquam coenavit* [6]. Illa ita exorsus est, ut nullo modo proditorem iudicaret [7], haec non sine quodam, quamvis universali, proditoris indicio. Illa ut apostoli audierunt, Christum quisque, an de ipso diceret, interrogare coepit [8], ut vero haec, iam non a Christo, sed *coeperunt quaerere inter se*, non quidem, an ipse, quisque, verum, *quis esset ex eis, qui hoc facturus esset.* Post illa Iudas, aeque ac ceteri, Christum percontatus est [9] post haec non

---

[1]) Io. XIII, 22. [2]) Luc. XXII, 21. [3]) Ib. 23. [4]) Io. XIII, 18. [5]) Matth. XXVI, 21; Marc. XIV, 18. [6]) Luc. XXII, 20. [7]) Matth. et Marc. ib. [8]) Matth. ib. 22; Marc. ib. 19. [9]) Matth. ib. 25.

item. Christns, nbi illa protnlerat, apostolis interrogantibus aliqaod responsum dedit [1]), nbi vero haec, nullum, quippe qnis interrogatus minime fuerat. Post utraque affirmnvit *filium hominis* in eo esse, ut e terris abirat, sed antea dixerat id fieri necesse esse *καθως γεγραπται περι αὐτου sicut scriptum est de eo* [2]), postea vero *κατα το ὡρισμενον secundum quod definitum est.*

No. CLX

Coenam commemoratam in Io. XIII, 2 illam esse, in qua Christus supremo vitae die pascha comedit, et eucharistiam instituit, quidquid secus Lightfooto visum sit (N. CXXXI), pluribus argumentis evicimns in Lib. III. Diss. L. Disputatur antem, utrum eucharistia a Christo instituta fuerit ante, an postea, quam apostolorum pedes lavit. Quae disceptatio, dicam enim aperte, de earum numero est, in qnibus habendis altera certantium pars non rationum momentis ducnntur, sed opinionibus antea animo conceptis, neque, quid verba sonent intelligere, sed, qnod ipsis anticipatnm est, e verbis elicere adnituntur: in summa rem sic, ut aiunt, se habere contendunt, qnia sic eam se habere volnnt. Etenim sunt, qui *προληπτικως* affirmant illam pedum lotionem eo pertinnisse, nt animi munditics significaretur, qua sint oportet, qui ad eucharistiam sumendam accedunt. Hoc illis fixum est anticipatnmqne; hinc conclusio, eucharistinm a Christo institutam esse post ablntos discipulorum pedes. Ast ipsi viderint, quaenam sit argumentationis huius suae vis, dum nobis liceat esm sententiam praeferre, qnae ex evangelistarum narrationibus necessaria consequutione colligitnr. Ioannem de eucharistiae confectione loqui in primo capitis XIII versu evincimus in alio loco (N. CLVIII). Postea continno narrat, nt Christus *coena facta* apostolorum pedes laverit. Ergo, nisi pntare velis Ioannem in hoc loco, quod nnmquam alias, praepostera narratione usum esse, atque historiae ordinem invertisse, quid concludere oporteat, probe sentias. Lucas quidem ait Christum calicem consecrasse *postquam coenavit* vel, sicnt est in graeco exemplari, *μετα το δειπνησαι postquam coenatum est* [3]). Sed cum primis rogo, cur id Lncas adnotaverit, ubi de calice loqnitur, non autem potius aut etiam, ubi de pane? Nihil hic extricabis, nisi illa *μετα το δειπνησαι* dicta sint de ipso coenae exitn ac fine, volueritqne Lucas significare, id, quod de calice narrat, postremum esse eorum, qnae Christus inter coenandum egit. Quid vero, quod Matthaeus et Marcus diserte dicant eucharistiam institutam Christo atque apostolis *coenantibus* et *manducantibus*? Quo pacto, sodes, ambas narrationes, horum, inqnam, et Lucae, nna componas, vincasque alteram alteri minime adversari, nisi si dixeris id factum vel in ipso coenae exitu ac fine, siquidem pro coenae parte id habeas, vel continuo post coenam nullo intervallo, si secus? Qnum igitur Matthaeus, Marcus, et Lucas tradant, eucharistiam in ipsa coena esse confectam, ita ut inter coenam interque eucharistiae confectionem nihil interpositnm sit, Ioannes antem apostolorum pedes *δειπνου γενομενου coena facta* ablutos, velis, nolis, illnd ante, hoc post, factum dicas necesse est. Mirari autem est, ut, qui contrariam sententiam tuentur, huic adeo, nt faciunt, tenaciter adhaereant, tametsi appareat, qnanta perplexitate impediantur, quum eucharistiae confectioni locum quaerunt intra sermonem illum longiorem post pedum lotionem habitum relatumque in evangelium Ioannis, in quo sermone, quod non minus mirandum foret, si vera illi dicerent, ne *γρυ* quidem de eucharistia. Sed illud nullo facto ferendum videtur, ita ab illis evangelium *μονοτεσσαρον* componi, neqne enim aliter qneunt, ut primum verba illa Ioannis *Et coena facta* in eo collocent, deinde pedum lotionem, postremum haec Matthaei et Marci verba *Coenantibus autem eis et manducantibus* quibus initium fit narrationi de instituta eucharistia.

No. CLXI

Illa apostolorum contentio de primatu qnando exstiterit, non uno argumento comperimus. Ordo namque rerum a Luca narratarum ostendit apostolos, postquam Christus Iudae facinus iterum praedixerat, quod continuo fecit post confectam eucharistiam (N. CLIX), ea de re certasse, attamen ante, qnam Christus Petro lapsum primo praenuntiaret. Prima autem haec huius lapsus praedictio, non apud Lucam dumtaxat, sed et apud Ioannem legitur in XIII, 36—38. Locus igitur illi contentioni fuerit oportet inter ea, quae a Ioanne relata sunt in XIII, 2—35. Inter haec autem si quaerimus, quidnam apostolis occasionem praebere qniverit illa de re inter se certandi, unum hoc subit, quod Christum conspexerint stantem ante ipsorum pedes hos abluere atque abstergere linteo,

---

[1]) Matth. ib. 23; Marc. ib. 20. [2]) Marc. ib. 21; Matth. ib. 24. [3]) Luc. XXII, 20.

ut qui ipsos obsequio prosequi vellet. Ipsa id comprobant Christi verba a Luca in XXII, 27 commemorata: *Nam quis* MAIOR *est, qui recumbit, an qui ministrat? Ego autem in medio vestrum sum, sicut, qui ministrat*, ex quibus manifesto apparet, dum contentio illa ferbuit, apostolos accubuisse, Christum ministrasse; qua de re plene tibi mecum constabit, ubi animadverteris, ut Christus haec dicens vellet ea, quae proxime apostolos docuerat, praesente exemplo confirmare. Conf. Luc. XXII, 27 cum 26. Ad haec, si res, sicut dicimus, ita se habuit, magis atque magis perspicimus, ut opportune et e re nata sequatur oratio, quam Christus habuit statim, ac post ablutos apostolorum pedes iterum recubuit, in Io. XIII, 12—20 relatam.

No. CLXII

Lege, quae in N. CLVII diximus de Iudae facinore ter a Christo in coenaculo apertius praedicto. An ex comparatis inter se Io. XIII, 26. 27 et Luc. XXII, 3 effici possit, quod a Lightfooto (N. CXXXI) defenditur, Ioannem in hoc loco de eadem illa coena dicere, de qua Matthaeus in XXVI, 6—13 et Marcus in XIV, 3—9, disputamus in Lib. III. Diss. L. n. 8. In eodem hoc loco nn. 7—15. 21 explicata habemus, si quae sunt inter reliqua huius capitis, quae aliquam quaestionem praebent.

No. CLXIII

Lucas et Ioannes aiunt lapsum Petro praedictum a Christo esse, quum adhuc essent in coenaculo, Matthaeus et Marcus, postquam inde Christus cum suis discesserat ad Olivetum. Quum nihil nos credere cogat a Matthaeo et a Marco in his narrandis ordinem rerum ac temporum minus esse observatum, quoniam, sicut ter Iudae proditionem, ita bis Petro lapsum Christus praedicere potuit, utique lapsum hunc bis a Christo praedictum fuisse credimus. Sed neque est, cur suspicemur praedictionem aliam a Luca, aliam a Ioanne, referri, quum uterque eam dicat in coenaculo factam; non ergo Lucae et Ioannis narrationes separare licet, quae ceteroquin commodissime una componuntur. Quippe Petro Christum interrogaati, sicut legimus in Io. XIII, 37, peropportune Christus ea responderit, quae in Lucae XXII, 31. Ipsam praedictionem eadem prope dictione utrobique expressam videmus, aliaque, quam apud Matthaeum et Marcum, nisi quod Ioannes habet *Amen amen* illud suum, quod in eius dumtaxat evangelio reperire est, Lucas vero hebraicas voces ut solet [1]), omisit, addiditque *hodie* et *nosse*, quae Ioannes non habet.

No. CLXIV

Quae sunt in Luc. XXII, 35—38, quaedam esse videntur explicatio, *ἐσχηματισμένη* ex parte, eorum, quae sunt in versu 31. Apte autem his subiungitur illud *Non turbetur cor vestrum*, quod est in Io. XIV, 1. Illud indubium, non esse, cur haec Lucae *περιχοπή* a superiore avellatur.

No. CLXV. CLXVI

Verba, quibus absolvitur Ioannis caput XIV ita cohaereut cum Matth. XXVI, 30, cum Marc. XIV, 26, cum Luc. XXII, 39, ut nemo non sentiat in his dici factum, quod illis verbis Christus fieri iusserat. Hi Matthaei, Marci, et Lucae versus potuissent integri poni in hoc loco; cur hos dissecuerim, dicam inferius in N. CLXX.

No. CLXVII

Ex iis, quae modo adnotavimus (NN. CLXV. CLXVI), consequitur Christi orationem, cuius initium est in Io. XV, 1, finis vero in Io. XVII, 26, habitam esse, quum ipse e coenaculo egressus Olivetum petebat.

No. CLXVIII

Sunt, quibus praedictio descripta in Io. XVI, 32 eadem illa ipsa esse videatur, quae est in Matth. XXVI, 31 et in Marc. XIV, 27, atque idcirco utramque coniungi inque eodem loco poni

[1]) Lib. I. cap. III. n. 71.

iubeant. Nec diffiteor verbum *dispergamini*, quod Christus usurpat apud Ioannem, respondere verbo *dispergentur*, quod apud Matthaeum et Marcum a Zacharia mutuatur. Verum haec velim consideres. Quod a Christo praedictum legimus in Ioanne, haud tale esse, quod apostolis culpae verti posset, secus vero sentiendum de praedictione a Matthaeo et Marco literis consignata. Quid enim in hac altera sonet verbum σκανδαλίζεσθαι, Petrus nos docuit tunc, quum hoc verbo audito ita Christo respondit: ***Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor*** [1]), quibus, quod nemo non intelligit, sese quadam veluti criminatione liberare studuit, idque sic esse ea evincunt, quae Petro Christus statim reposuit [2]). Verum quidnam criminis in hoc, quod ipse et socii forent dispergendi? Non igitur praedictio, quae est apud Ioannem, eam sollicitudinem Petro iniicere potuit, proinde neque locus illi Petri responso post hanc praedictionem erat, atque adeo haec alia sit oportet atque illa, quam Matthaeus et Marcus retulerunt.

No. CLXX

Egressum ex urbe hoc in loco a Ioanne commemorari pro comperto est, non autem e coenaculo, quippe quem longe ante hunc commemoraverit, habitamque inter utrumque a Christo longiorem orationem, quam scripto etiam nobis reliquit. Lege NN. CLXV et CLXVI. Haec Matthaei, Marci, et Lucae hemistichia huc transtulimus, non quod ita fieri necesse foret, sed quod, itineris terminum quum indicent, locus magis eorum proprius post iniectam egressus ex urbe mentionem esse videatur.

No. CLXXI

Recole, quae diximus in NN. CLXIII et CLXVIII. Quum intra Christi orationem XV, XVI, et XVII Ioannis capitibus comprehensam non sit, quo hanc alteram inseras praedictionem culpae a Petro committendae, orationem autem suam Christus protraxerit, quantum ex Ioannis narratione conlicimus [3]), usque ad egressum ex urbe, in hoc loco ea praedictio ponenda fuit, maxime quum post egressum ex urbe posuerimus alteram partem Matth. XXVI, 30, Marc. XIV, 23, et Luc. XXII, 39. Quod si talis versuum dissectio minime arrideat, malisque integros suo loco relinquere, non multum repugnaverim, quominus hanc quoque alteram praedictionem ponas ante Io. XV. Attamen ad illud animum advertas oportet, ut non unius Petri, sed et ceterorum culpa praedicatur, culpa, inquam, sicut supra demonstravimus (N. CLXVIII). Quo posito constat tria post coenam apostolis a Christo distinctis temporibus ac praedictionibus fuisse praenuntiata per illam noctem futura, videlicet Satanae in ipsos molimina [4]), ipsorum dispersionem [5]), culpam, ab ipsis committendam, de qua est in his locis Matthaei et Marci. Iam vero, si hoc ipso ordine haec praedicta fuerunt, ordinis ratio manifeste patet, gradus enim in his fit a levioribus ad graviora; quam tamen gradationem atque adeo totum hunc ordinem perverti cernas, ubi culpa ante dispersionem praenuntiata dicatur. Hinc caussa, quae has Matthaei et Marci περιχοπὰς in hoc loco potius, quam ante Io. XV ponere suasit.

No. CLXXIII

Non est dubium, quin in Luc. XXII, 41 eadem narrentur, quae in Matth. XXVI, 39 et in Marc. XIV, 35, Lucae autem verba *quantum iactus est lapidis* explicatio sint adverbiorum *pusillum* et *paululum*, quae Matthaeus et Marcus usurparunt, nec secus, atque haec, distantiam significent inter locum, in quo Christus superiora loquutus fuerat, interque illum, quo processit. Quare in Lucae quoque XXII, 40 eadem narrentur necesse est, quae in Matth. XXVI, 38 et in Marc. XIV, 34, proinde alia iis, quae in Matth. XXVI, 36 et in Marc. XIV, 32. Quae sunt in Luc. XXII, 43. 44, nemo, puto, negabit rectius credi ea evenisse sub finem postremarum Christi precum.

No. CLXXIV

Ex ipsa quatuor evangeliorum comparatione comperimus, imo res ipsa demonstrat, aurem Malcho abscissam esse a Petro, postquam Iudas Christum fuerat osculatus, attamen priusquam huic milites manus iniicerent. Partiri ergo oportuit versum 50 capitis XXVI Matthaei, alioque transferre alterum hemistichium una cum integro versu 46 capitis XV Marci.

---

[1]) Matth. XXVI, 33. [2]) Ib. 34. [3]) Conf. Io. XVIII, 1 et N. CLXX. [4]) Luc. XXII, 31. [5]) Io. XVI, 12.

No. CLXXVI

Quod in Luc. XXII, 50 verbum *percussit* transposuimus, fecimus, non servandi rerum ordinis caussa, cui, ni id fieret, aeque bene foret, sed ut verborum ordo idem esset in Luca, qui in Ioanne.
Reliquum historiae partem, etiamsi continuis evangeliorum capitibus ex ordine comprehensa sit, distinquere tamen ac distribute in hanc *συναλλαξιν* referre placuit, tum ut aliqua servaretur horum ac superiorum proportio distributionis, tum ut singula facilius invenirentur, tum denique ne adnotationum capita longius, quam par est, perque plures paginas excurrerent, quod minus commode, potissimum quum eas inter se comparare oportet, accidere visum est.

No. CLXXVII

Appellationes *principis sacerdotum*, *summi sacerdotis*, *pontificis*, quae hic leguntur, redditae sunt pro uno eodemque graeco nomine *ἀρχιερευς*. A Marco et a Luca, quod ad hanc appellationem, nulla nobis est difficultas, non enim dicunt quinam is *ἀρχιερευς* fuerit. Annas autem, quem Ioannes nominat, *ἀρχιερευς* et ipse erat, itaque eum una cum Caipha Lucas in alio loco appellavit [1]); quin imo Ioannes, non modo id nos credere sinit, ubi Caipham dicit *ἀρχιερεα* pontificem *anni illius*, quo satis significat id, quod aliunde compertum habemus, alios praeter hunc fuisse *ἀρχιερεις*, tametsi non *anni illius*, quorum unus esse Annas potuit, sed omni nos difficultate liberat, quum narrat, ut ostiaria illius domus, in qua Annas tunc erat, Petrum ingredi siverit rogante quodam Christi discipulo, quippe quia is *ἀρχιερει* notus erat; ex quibus alterutrum efficitur, vel illam, in qua Annas tunc erat, Caiphae domum fuisse, quo posito iam nihil negotii nobis ab ea appellatione fieret, vel ipsum quoque Annam fuisse *ἀρχιερεα*. Denique hunc Ioannes *ἀρχιερεα* aperte dicit paullo post [2]); neque enim ferendum, quod quidam, ut Ioannis narrationem cum ceterorum componant, fieri iubent, ea, quae sunt in Io. XVIII, 19—23, ultra versum 24 transponi, quasi Ioannes omnia hic perturbasset, appellationemque *ἀρχιερεως*, quae est in versu 19, non ad Annam referri, de quo, omnibus, ut sunt, relictis, Ioannes in hoc versu adhuc loqui dicendus est, sed ad Caipham, ad quem is Christum ab Anna missum narrat in versu 24. Lege Lib. III. Diss. XXVIII. Alicuius tamen quaestionis esse illud videtur, cur Christum, quem, simul ac comprehensus fuit, ductum ad Annam Ioannes dicit, Matthaeus ductum dicat ad Caipham. Nisi tamen omnia me fallunt, hic quoque accidit, quod alias non raro, ut iis, qui hac quaestione distinentur, anticipatum quodammodo sit contrarium, quam quod ex his evangelistarum narrationibus liquido consequitur, atque argumento *ἐναντιοφανειας* sint ea ipsa, quibus *ἐναντιοφανεια* haec, si qua foret, prorsus discuteretur. Quo pacto, inquiunt, haec cohaereant? Christus uno atque eodem tempore ad Annam et ad Caipham ductus, mox tamen ab Anna missus ad Caipham, Petrus magistri notitiam infitians primo in Annae domo, deinde in Caiphae, non tamen alibi, quam primo? Quibus omnibus unum est responsum; domum, in qua Annas, non aliam fuisse domo, in qua Caiphas tunc erat; quod facile credas, si ad utriusque adfinitatem spectes, itemque ad illius noctis epulum, cui non una ex familia propinquis ius erat accumbere [3]). Quin imo huic rei demonstrandae argumento sunt illa ipsa, quae negotium nobis praebere putantur, nemoque, qui ea paullo attentius consideret, non id intelligat (N. CLXXX). Ne ergo dubites cum Io. XVIII, 13 iungere Matth. XXVI, 57, nedum Marc. XIV, 53 et Luc. XXII, 54.
Ut autem ratio appareat, qua hoc historiae caput distribuimus, huc attende, quae dicam. Christum ad *τον ἀρχιερεως* domum sequuti sunt Petrus aliusque eius discipulus *usque in atrium principis sacerdotum*, hoc est, *usque ad atrium*, graece enim sunt *ἑως της αὐλης*. *Discipulus autem ille .... introivit cum Iesu in atrium*, Petrus vero *ad ostium foris* substiterat. Mox ostiaria *introduxit Petrum*, non quidem in domum, sed in atrium, sicut legimus in Matth. XXVI, 58. 69, in Marc. XIV, 54. 66, et in Luc. XXII, 55. Adverbia *foris* et *intro* in his usurpata minime pugnant, quum primum de domo, alterum de atrio, dictum sit.

No. CLXXVIII

Ut haec evangeliorum capita, in quibus est de Petri lapsibus, recte ordinemus, nonnulla accuratius notata habeamus oportet. Atque illud primum, qua ratione hanc historiam evangelistae descripserint. Etenim Ioannes tres Petri lapsus suo quemque loco ex ordine narrat, interiectis tamen inter

---

[1]) Luc. III, 2. [2]) Io. XVIII, 19. [3]) Ex. XII, 4.

primum et secundum iis, quae tunc acta fuerunt. Lucas quoque illos omnes ex ordine in loco descripsit, continenter tamen, atque iis omissis, quae inter primum et secundum leguntur apud Ioannem. Matthaeus denique et Marcus ex ordine continenterque, ut Lucas, non tamen in loco; primum enim continua serie exponunt, quibus iniuriis contumeliisque Christus in pontificis domo affectus fuerit, moxque ad Petrum redeunt, huiusque lapsus omnes in unam narrationem cogunt. Atque hae caussae sunt, cur versus Matth. XXVI, 69—75 et Marc. XIV, 66—72, quibus haec narratio continetur, alio transferre compellimur. Sed considerare etiam iuvat, ut ea difficultas, quam quidam in hac historia esse putant, quod alter evangelista ait Petrum a muliere, alter a viro, hic ab uno, ille a pluribus, fuisse interrogatum, in speciem quidem gravis, re tamen ipsa propemodum nulla sit; ex his enim nihil aliud consequitur, nisi, non unum, sed plures, sive simul, sive alium post alius, Petrum esse percunctatus, hunc autem, nisi multis ac repetitis interrogationibus adactum respondisse, quod apprime veri simile est, imo vix dubitandum de hoc foret, etiamsi ex evangeliis id minime colligeretur. Quod ad loca vero, in quibus haec accidisse narrantur, aliquid negotii nobis dari haud diffitear, non tamen quod de facili extricari nequeat, praesertim si positum quoque habeamus, quod superius (N. CLXXVII) affirmabam, non aliam esse domum, in qua Caiphas, atque illam, in qua Annas tunc erat, sive huius ea domus, sive illius, sive utriusque esset. Nunc autem illud est adnotandum, quod Petrus, quum primo magistri sui notitiam infitiatus est, *ἐκαθητο ἐν τῃ αὐλῃ sedebat in atrio*, quod diserte Matthaeus in XXVI, 69 et Lucas in XXII, 56 aiunt, continuo autem, sicut Ioannes narrat in XVIII, 19, stetit, utpote qui, sic enim ex iis, quae sequuntur coniicere est, exire vellet, idque, ut alterius lapsus occasionem vitaret. Lege N. CLXXX.

No. CLXXIX

Quo loco habenda sit opinio putantium ea, quae sunt in Io. XVIII, 19—23, transponenda esse post versum 24, diximus in N. CLXXVII.

No. CLXXX

Ioannes non dicit Christum missum ab Anna ad Caiphae *domum*, sed ad Caipham; nihil ergo suggerit, cur Petrus, quum denuo lapsus est, in alia domo fuisse putetur, quam ubi primo. Suggerunt imo omnes evangelistae, ex quo secus sentiamus. Etenim omnes ita tres Petri lapsus descripserunt, ut qui per illud temporis spatium in aliam domum minime iverit. Ioannes namque, post ea, quae coram Anna acta sunt, ad Petrum redit, idque veluti qui hunc, si ita dicere licet, inveniat eodem in loco, atque adeo eodem corporis gestu, quo eum reliquerat, quod apparet conferentibus Io. XVIII, 25 cum 18, indeque interruptam de eo narrationem repetit, ubi intermiserat, atque alterum eius lapsum referre incipit iis ipsis exorsus, quibus in versu 18 superiorem de primo lapsu narrationem absolverat ad eum finem, sic enim credere est, quum nihil praeterea sit, quo haec spectent, ut iis infra in versu 25 repetitis alteram intermissae de Petro narrationis partem exordiretur. Lucas ait Petrum iterum lapsum esse *μετα βραχυ post pusillum*, ex quo lapsus primo fuerat; quae temporis notatio, praesertim si coniuncta cum prima narrationis parte consideretur, vetat de itione in aliam domum cogitare. Matthaeus denique et Marcus dicunt Petrum, antequam culpam iteravit, egressum, non tamen ad aliam domum, sed *εἰς τον πυλωνα in vestibulum*, ut Matthaeus scripsit, ut autem Marcus, quod tamen idem est, *εἰς το προαυλιον in locum, qui est ante atrium*, nempe *in vestibulum*. Ex Marco praeterea discimus, ut mulier, quae Petrum ad culpam iterandam impulit, fuerit *ἡ παιδισκη* illa ipsa ancilla, quae prius, *ἰδουσα αὐτον παλιν quum vidisset eum* RURSUS; ostiaria igitur fuit illius ipsius domus, ad quam Petrus ex horto recta venerat [1]). Videas quoque, qui Petrum, antequam Christum sibi notum iterum infitiaretur, interrogarunt, plures a Ioanne commemorari, virum unum a Luca, a Marco illam ipsam ancillam, quae prius, aliam denique a Matthaeo; quae tamen omnia nihil omnino negotii nobis facessere iam evicimus (N. CLXXVIII). Quod vero Ioannes dicere videatur Petrum denuo lapsum, quum adhuc esset in atrio, Matthaeus autem et Marcus aperte dicant id factum, postquam inde in vestibulum fuerat egressus, non hoc pugnantia eos loqui putandum est, quum ad haec componenda viam *ἐναντιοφανεια* haec ipsa nobis aperiat. Matthaeus enim et Marcus narrant Petrum, postquam in vestibulum fuerat egressus, interrogatam respondisse, non tamen dicunt

---

[1]) Conf. Marc. XIV, 69 cum 66 et cum Io. XVIII, 17.

ibi primo fuisse interrogatum, Ioannes e contrario ait utique interrogatum eum fuisse, quum adhuc esset in atrio, hoc est, antequam in vestibulum egrederetur, non vero in atrio adhuc fuisse, quum responsum dedit; quoniam igitur multi tunc Petrum percontati fuerunt, is vero, nisi post repetitas horum interrogationes, non responderit [1]), concludamus necesse est, Petrum, quum se rursus illa de re ab his interrogari audiret, quibuscum tunc stabat ad ignem, inde sese nullo dato responso veluti aliud agentem proripuisse, forasque egressum ante atrium, aliis atque aliis percontantibus compulsum, tandem respondisse.

Ex his consequitur, ea, quae sunt in Matth. XXVI, 71, alterumque hemistichium versus 68 cum integro versu 69 capitis XIV Marci, partem denique eorum, quae sunt in Luc. XXII, 58, versui 25 capitis XVIII Ioannis esse inserenda. Quod quidem plenius, opinor, tibi probavero, si caussam attendas, cur Petrus, qui illuc venerat, *ut videret finem* [2]), indicii scilicet, tamen, etsi Christus coram iudicibus adhuc staret, extra atrium exierit. Principio enim sedebat, mox, ut se deliquisse sensit, surrexit, quippe qui e periculoso sibi loco abire vellet, substitit tamen, ibique mansit, ac stetit ad ignem, tandem abiit. Sed quaenam nova ac subita caussa eum abire compulit? Illico intelligas, si abiisse dicatur statim, ac se rursus interrogari audivit ab iis, quos dicit Ioannes in XVIII, 25, nempe ut respondendi necessitatem fugeret. Quocum belle illud concordat, quod Marcus retulit, ut statim, ac Petrus ex atrio egressus fuerat, gallus primo cantaverit, videlicet quo is admoneretur instantia periculi, quippe quod iam denuo interrogabatur.

Itaque tota haec huius historiae pars ita est ordinanda. Primo loco ponenda interrogatio, quam Ioannes retulit, ut quae facta fuerit, quum Petrus adhuc esset in atrio. Deinde Petri egressio de atrio in vestibulum, quam Matthaeus et Marcus commemorarunt, et post quam continuo gallus primo cantavit. Tum, ut illa ipsa ancilla, ostiaria, inquam, quae iam interrogatione sua Petrum in primum peccatum impulerat, minime eum quidem interrogaverit, sed coeperit *dicere circumstantibus*: *Quia hic ex illis est.* Animadverte, ut haec ancilla, quam Marcus commemoravit, quum ostiaria esset, putanda sit ea dixisse, mox ubi Petro exeunti ianuam aperuerat, eoque egresso gallus primo cantaverat, proinde ante aliam ancillam, de qua in eodem hoc loco Matthaeus loquitur, idque graeca Matthaei verba confirmant, quae ita sunt: Ἐξελθοντα δε αὐτον εἰς τον πυλωνα εἰδεν αὐτον ἀλλη, κ. τ. λ. *Quum autem ipse* EGRESSUS ESSET, *vidit eum alia, et cetera*, scilicet haec eum vidit, postquam fuerat egressus, illa vero, quum egrederetur, utpote quae egressuro ianuam aperuerit. Vir denique, cuius a Luca fit mentio, Petrum interrogavit, non tamen, nisi postquam utraque ancilla illud de Petro affirmaverat, huic enim, viro, inquam, uni, non pluribus, nec alicui mulieri, Petrum responsum tandem dedisse, ipsa huius verba, qualia in Luca leguntur, nos certiores faciunt.

No. CLXXXI

Primam culpam Petrus commisit statim aut mox, ubi in pontificis domum intraverat, atque in atrio consederat; Ioannes enim, non modo id primo loco inter ea descripsit, quae illic acta fuerunt, sed simul ac narraverat, ut ostiaria eum ingredi siverit, accidisse autem ait tunc, quum ipsa haec ostiaria ipsum interrogavit. Iterata a Petro culpa fuit, ut Lucas dixit [3]), *post pusillum*, proinde, nisi factum dicas, quum Christus coram Anna adhuc esset, quod tamen minus concordat cum ordine, quo rem totam Ioannes exposuit, neque diutius illic Christus fuisse videtur, at certe paullo post, quum is ad Caipham ductus fuerat. Tertio denique Petrus lapsus fuit *intervallo facto quasi horae unius* [4]); hoc autem temporis spatio ea agebantur procul dubio, quae legimus in Matth. XXVI, 59—66 et in Marc. XIV, 55—64. Quare hae Matthaei et Marci περικοπαι hic poni debent. Ceterum, si minus arrideat argumentum petitum ex illis Lucae verbis *post pusillum*, quia Matthaeus [5]) et Marcus [6]) *pusillum* dixerunt, quod Lucas spatium *quasi horae unius*, fac, animadvertas, ut, etiamsi spatium huiusmodi *pusillum* παχυλως dici queat, Lucas tamen hoc ipso, quod primum temporis spatium inter primam et alteram Petri culpam interiectum *pusillum*, alterum vero inter alteram et tertiam *intervallum* dixerit *quasi horae unius*, credendus sit significare voluisse, ut spatia haec disparia fuerint, atque alterum longius primo. Adde, quod Matthaeus et Marcus non eamdem graecam vocem usurpaverint, quam Lucas, sed hic μετα βραχυ, illi μετα μικρον. Tum non hoc argumento refellas, quod aio, nunc locum esse his Matthaei et Marci περικοπαις.

---

[1]) Ib. [2]) Matth. XXVI, 58. [3]) Luc. XXII, 58. [4]) Ib. 59. [5]) Matth. XXVI, 73. [6]) Marc. XIV, 70.

No. CLXXXII

Horum ordo simplex atque obvius, qualemque fuisse ipsa rei natura credere suadet, is est, ut primo, qui aderant, de Petro inter se colloqui coeperint, eorumque unus, ille ipse fortasse, qui est in evangelio Ioannis, ceteris illud dixerit, quod Lucas retulit, mox nonnulli ex his Petrum compellantes idem hoc affirmaverint, sicut Matthaeus et Marcus narrant, postremo ille pontificis servus, de quo Ioannes, Petrum et ipse compellans, sociorum dictum testimonio suo confirmaverit, atque huic demum, sic enim Ioannes et Lucas aiunt, Petrus responsum dederit. Haec autem non in vestibulo acta esse, sed in atrio, putanda sunt, tum quia, quum illa nocte frigus esset [1]), veri simile non est sermones inter se sub dio habitos ab illis hominibus, maxime quod ignis praesto ipsis erat in atrio, tum potissimum quia Petrum post tertium lapsum foras egressum dicunt Matthaeus et Lucas, ut fleret; e vestibulo igitur in atrium denuo ingressus fuerat post alterum lapsum, quamquam id evangelista dicere omiserint, imo Matthaeus id positum habere nos quodammodo iubet, binos Petri egressus narrans nullo inter hos ingressu aperte commemorato Conf. Matth. XXVI, 71 et 75.

No. CLXXXIII

Ne putes haec tunc commissa, quum Christus coram iudicibus adhuc erat. Lucas secus credere iubet, a quo *οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν* ii, qui Iesum custodiebant, ea perpetrasse dicuntur, idemque haec descripsit post tertium Petri lapsum et ante concilium mane coactum. Quum autem Petrus tertio deliquerit una circiter hora, postquam Christus ad Caipham ductus fuerat (N. CLXXXI), liquet haec fuisse perpetrata post concilium nocte habitum, per noctis reliquum, quum sacerdotes mane rursus conventuri in domum quisque suam se receperunt. Quare hunc in locum transferre oportuit Matth. XXVI, 67. 68 et Marc. XIV, 65. Quod autem in Marco fieri verborum *σύνταξις* non patiebatur, id in Matthaeo fecimus, ut versum 67 divideremus, non aliam tamen ob rem, quam ut utriusque enuntiationes *παράλληλοι* exhiberentur.

No. CLXXXIV

Vides ut non modo Lucas, sed Matthaeus quoque et Marcus, quorum uterque concilium noctu habitum antea descripserant, nunc illud commemorent, quod mane coactum fuit. Id animadvertere iuvat, ne quem forte suspicio incessat, concilium, de quo nunc Lucas loquitur, esse illud ipsum prius descriptum a Matthaeo et a Marco.

No. CLXXXVII

In Luc. XXIII, 2 crimina sunt, quibus de ut cognosceret, Pilati officium erat; quare, sicut minus apte hunc versum insereres inter Io. XVIII, 30 et 31, ita peropportune inter 32 et 33. Etenim ex versu 30 apparet Iudaeorum primores primo accusatoris partes detrectasse; accusatione autem instituta, sicut est in illo Lucae versu, haud integrum fuisset Pilato eo modo respondere, quo ipsum Ioannes respondentem inducit in versu 31. Quod si Lucae versum 2 ibi ponas, ubi diximus, continuo caussam rationemque cognosces eorum, quae sunt in Ioannis versu 33, cur, inquam, *introivit iterum in praetorium Pilatus, et vocavit Iesum*, atque interrogare coepit, videlicet quia crimina audiverat, de quibus ipsius erat cognoscere. Quid, quod Pilatus in praetorium regressus Iesum ad se accersitum ita percontatus est: *Tu es rex Iudaeorum?* sicut dicitur in illo versu 33? quinam Iesum de ambitu accusaverat? Frustra id quaeras in Ioanne, reperies tamen in Lucae versu 2. Quae relata sunt in Matth. XXVII, 12—14, in Marc. XV, 3—5, et in Luc. XXIII, 4. 5, extra praetorium [2]), postquam Iesus steterat coram praeside, quod hi tres omnes aiunt; proinde Lucae versus 4 componendus est cum Ioannis versu 38, cetera his seiungenda.

No. CLXXXIX

Non alia fuit caussa transferendi Marc. XV, 7, nisi quia in altero hemistichio ea leguntur, quae Lucas et Ioannes quoque habent, sed infra.

---

[1]) Io. XVIII, 18. [2]) Conf. Io. XVIII, 18.

No. CXC

Pilatus inter indicium ter ad populum egressus narratur, ut Christum crimine liberaret, in Io. XVIII, 38, in XIX, 4, et in XIX, 12. 13 coll. 9. Ne vero quis deceptus adverbio *tertio*, quod Lucas in XXIII, 22 usurpavit, autumet hunc quoque loqui in hoc versu de illo tertio Pilati egressu, meminisse oportet, ut id, quod a Luca narratur, factum fuerit ante, quum Christus flagellis caederetur, sic enim ex postrema huius versus sententia colligimus, postea vero, quod a Iosnue in XIX, 12. 13.

Modus, quo Lucas versus 23 et 24 connexuit, ostendit clamores in versu 23 commemoratos eosdem illos postremos esse, quos legimus in Io. XIX, 15, et quibus tandem compulsus Pilatus capitis sententiam in Christum pronuntiavit; itemque sentiendum diceudumque de Matth. XXVII, 23. 24 et de Marc. XV, 14. 15. Quare haec, neque ac illa Lucae, ibi ponenda sunt, ubi Io. XIX, 15. Quod ideo quoque cadit peropportune, quia verbis illis postremis Luc. XXIII, 22, *corripiam ergo illum, et dimittam*, apte et ex ordine N. CXCI subiungitur, in quo est de Christo flagellis caeso.

No. CXCI

Legimus apud Ioannem, ut Pilatus, quum Iesum iam flagellis caesum calumnia liberare ac dimittere omni ope conaretur, quo id vinceret, eum eduxerit e praetorio ad populum, isque exierit *portans spineam coronam et purpureum vestimentum* [1]). Iesus igitur flagellis caesus spinisque coronatus fuit, ante quam Pilatus eum capite damnaret. Non ergo est dubium, ordinem in his referendis a Matthaeo et a Marco minime esse observatum, transferendaque ulterius ea, quae sunt in Matth. XXVII, 24—26 et in Marc. XV, 15. Ratio vero *του παραλληλισμου* alio ordine ea disponere suasit, quae legimus in Matth. XXVII, 27—30 et in Marc. XV, 16—19. Animadverte demum, ut nomen *alapas* in Ioannis XIX, 3 positum sit, ubi graecum exemplar habet *ῥαπισματα*, quod nomen in eam notionem acceptum, quae eius maxime propria est, significat *ictus virga inflictos*. Lege N. CXCIII.

No. CXCIII

Lege NN. CXC et CXCI. Vis participii *φραγελλωσας* a Matthaeo et a Marco adhibiti non ea est, ex qua necessario efficiatur, Christum Pilati iussu flagellis caesum post illa, quae proxime uterque narravit, quum Pilatus capitis sententiam iam dixerat; sed neque narrationis contextus eum sensum huic participio subiici postulat, res vero ipsa etiam vetat, quum veri simile non sit Christum a Pilato duplici simul poena damnatum esse, flagrorum et capitis. Neque his, quae affirmamus, illud adversatur, quod Matthaeus et Marcus statim, post iniectam flagrorum mentionem, narrent, ut etiam corona e spinis contexta Christi capiti fuerit imposita; quod quidem quum ex Ioannis evangelio compertum habeamus factum esse continuo, ubi Christus flagellis caesus fuerat, Matthaeus vero et Marcus referant post latam a Pilato sententiam, consequi ex hoc alicui videatur in Christum flagris animadversum esse, postquam is capite fuerat damnatus. Haec, inquam, nos minime impediunt. Etenim illud non esse consequens quisque fateri debet, qui nec evangelistas veluti pugnantes inter se committere vult, nec ignorat, a Matthaeo non ex ordine, quae narrantur, referri. Quid valeat in Matthaei sermone adverbium *τοτε tunc*, non semel diximus, ut nemini non perspectum sit adverbio huic haudquaquam eam vim inesse, quae perspicuam manifestamque Ioannis narrationem in dubium revocare queat. Quare concludimus, a Matthaeo illorum duorum alterum hoc in loco commemorari, eo quod statim post primum acciderit, primum vero, non ut factum post dictam in Christum a Pilato sententiam, sed ut iam factum, quum sententia haec dicta fuit, hancque vim participio *φραγελλωσας* inesse significationemque subiectam. Quod ad Marcum, satis est memineris, ut is Matthaeum plerumque transcripserit. De Io. XIX, 14 inferius (N. CXCV) nonnulla dicemus.

No. CXCIV

Haec Matthaei et Marci verba *Et postquam illuserunt ei* referenda non esse ad id, quod proxime hi narrarunt, ille in versu 30, hic in 19, monitu necesse non est, necessario enim efficitur ex iis, quae modo disseruimus (N. CXCIII). Nemo autem, puto, mirabitur milites, qui antea Iesum ludibrio

---

[1]) Io. XIX, 1. 5.

habuerant, quum purpura eum induerunt, nunc denuo habuisse, quum iam cruci addictum purpura exuere debebant.

No. CXCV

Nemo, nisi qui Marcum quasi pugnantia loquutum traducere velit, ea legens, quae is scripsit in versibus 24 et 25, dicet eum putasse Christi vestes prius divisas esse, quam ipsum Christum cruci affixum. Non enim modo id refellunt tum ordo, quo haec Lucas exposuit, tum disertum Matthaei et Ioannis testimonium, tum ipsa res, sed Marcus ipse. Nam in Marci versu 24 participium *crucifigentes* non ita accipere oportet, ac si significaret *quum crucifigebant*, aut *qui crucifigebant*, sed *qui crucifixerant*, graece enim est *σταυρωσαντες*. In versu autem 25, non Christus cruci affixus narratur, sed hora editur, qua cruci affixus fuit, illaque *Erat autem hora tertia*, ET *crucifixerunt eum* loquendi modus est semiticorum sermonum proprius, latine autem id ita enuntiares: *Erat autem hora tertia*, QUUM *crucifixerunt eum*.

Haud diffiteor sentire me, ut actum agerem, si quaestionem illam infinitam attingerem, qui componi una possint Marci et Ioannis narrationes, quorum primus in XV, 25 ait Christum cruci affixum esse hora tertia, alter in XIX, 14 hora sexta latam in Christum a Pilato sententiam. Attamen eos item actum agere constat, qui compositionem hanc tentant simulque pernegant alterutrum in evangelium *σφαλμα* aliquod librariorum irrepsisse. Aliud tamen eo, quod illuc irrepere potuit, magis obvium, vix fiet ut excogites, quum totum in eo sit, ut simillimarum notarum Γ et F, quarum prior tria, posterior sex, apud Graecos significabat, altera cum altera commutetur. Verum utro in evangelio id commissum dicamus? Hoc opus, hic labor est. Si enim ad ipsam rem spectes, putabis in Marco, sin ad auctoritates, factum dices in Ioanne. Quae enim per eum diem a primo mane donec Christus in crucem ageretur, acta sunt, plura videntur, quam ut trium horarum spatium iis agendis satis esset. Ad hoc tenebrae, quae, sicut Marcus ipse, nedum Matthaeus [1]) et Lucas [2]), memoriae prodidit, *hora sexta ... factae sunt per totam terram* [3]), incepisse creduntur mox, ubi Christus cruci affixus fuit. Atque haec quidem quod ad rem ipsam, verumtamen, ad auctoritates quod attinet, nulla in Marci, aliqua est in Ioannis narratione graecorum exemplarium varietas *τριτη* pro *ἑκτη* exhibentium, quos inter eminet cantabrigensis codex atque unus e regiis saeculo VIII exaratus. His codicibus consentiunt scriptores quidam vetusti a Griesbachio citati [4]), quos inter scriptor est Chronici paschalis *provocans ad accurata exemplaria, immo ad Ioannis ἰδιοχειρον*, et quibus ille addendus, qui Petrus Alexandrinus esse fertur, haec memorans in quodam opusculo, cuius longum *ἀποσπασματιον* Petavius edidit [5]): *Ἠν δε παρασκευη του πασχα, ὡρα ἠν ὡσει τριτη· καθως τα ἀκριβη βιβλια περιεχει αὐτο τε το ἰδιοχειρον του εὐαγγελιστου, ὁπερ μεχρι του νυν πεφυλακται χαριτι Θεου ἐν τῃ Ἐφεσιων ἁγιωτατῃ ἐκκλησιᾳ, και ὑπο των πιστων ἐκεισε προσκυνειται* *Erat autem parasceve paschae, hora erat quasi tertia; secundum accuratos libros ipsumque exemplar propria evangelistae manu conscriptum, quod usque adhuc custoditum est ex Dei gratia in Ephesiorum sanctissima ecclesia, et a fidelibus illic adoratur*; haec autem illa ipsissima verba sunt, quae leguntur in Chronico paschali, proinde huius scriptori opusculum Petri notum fuisse liquet. Argumenta autem superius relata, quibus quidam ducuntur, ut potius censeant in Marci, quam in Ioannis, narratione vitiatam esse horae notam, positumque Γ pro F aut ϛ, non tanti sunt momenti, quae nos ad adsentiendum impellant. Fac enim concilium primo diluculo fuisse coactum, sic enim interpretari licet nomen *πρωιας*, quo Matthaeus [6]), et adverbium *πρωι*, quo Marcus [7]), habiti concilii horam designant, sicque suadet anxius sollicitusque pontificum ac Pharisaeorum livor, dieique festi sollemnitas; quum in illis regionibus circa aequinoctium sesquihora ante solis ortum iam lucescat, quumque nihil prohibeat Marci verba ita accipi, ut quae horam tertiam significent iam completam, atque adeo Christum cruci affixum inter completam tertiam et mediam quartam, summa ex his conficitur horarum fere quinque, quae satis profecto fuerunt illis omnibus rebus agendis. Quod autem de tenebris dicunt, statim has incepisse, quum cruci Christus affixus fuit, nihil evangelia suggerunt, ex quo id efficiatur. Quid vero, quod modus ipse dicendi, quo Marcus haec narrat, haud videtur sinere, ut horam tertiam deleamus, sextamque reponamus? Fac enim ita ipsum dixisse: *Erat autem hora sexta, et crucifixerunt eum*, quid sibi hoc vellet, quod ait paullo infra: *Et facta hora sexta tenebrae factae sunt*, et quo horam

---

[1]) Matth. XXVII, 45. [2]) Luc. XXIII, 44. 45 [3]) Marc. XV, 33. [4]) Nov. Test. graece in Io. XIX, 14. [5]) De Doctr. temp. T. III. p. 213 Antuerp. [6]) Matth. XXVII, 1. [7]) Marc. XV, 1.

aliam illa, quam supra designaverat, eum voluisse significare, nemo non perspicit? Frustra autem esses, si contenderes eam horum verborum esse sententiam, ut Christus cruci fuerit affixus intra horam sextam, *facta autem hora sexta*, id est, hac iam completa, tenebras esse coepisse, nihil, inquam, hac ratione extricares, nam illud *facta autem hora sexta* redditum est pro graecis γενομενης δε ὡρας ἑκτης, quae proprie tantumdem significant, ac *quum autem erat hora sexta*. Ceterum, si quid vitii in Ioannis exemplaria irrepsit, id prima ipsa Christianorum aetate accidisse constaret, siquidem Valentiniani ὡρα ἑκτη *hora sexta* in illis scriptam repererunt, quod ab Irenaeo memoriae proditum esse putat Griesbachius [1]), sed vereor ne παρορων; Irenaeus enim narrat, ut quidam Marcus de Valentini grege divinam quamdam οἰκονομιαν somniaverit, ἡς οἰκονομιας ἀρχην και τελος την ἑκτην ὡραν, ἐν ἡ προσηλωθη τῳ ξυλῳ *cuius dispensationis initium et finem sextam horam, in qua affixus est ligno* [2]), ex his autem illud verius colligeretur, non de Ioannis, sed de Marci evangelio hic esse cogitandum, inque hoc ὡρα ἑκτη *hora sexta* Marcum illum Valentinianum legisse pro ὡρα τριτη *hora tertia*, de hora enim loquitur, non qua in Christum capitis sententia lata, sed qua cruci fixus is fuit.

No. CXCVI

Utrum ante, an post Christum, crucibus latrones fuerint affixi, num ambo uno atque eodem horae momento, quo Christus, num alter ante Christum, post Christum, operum abuterere, si quaereres. Constat enim nihil huc pertinere adverbium τοτε *tunc*, quod a Matthaeo usurpatum est in hoc loco. Quod si contendas, e vocibus *cum eo* a Matthaeo, a Marco, et a Ioanne usurpatis illud consequi, una simul omnes tres in crucem esse sublatos, haud deteriore iure vincerem ex verbo, quo Marcus, Lucas, et Ioannes, usi sunt, effici latrones cruci fuisse affixos ab illis ipsis militibus, a quibus Christus, non ergo eodem temporis momento, quo Christus. Quatuor autem huius rei narrationes omnes in hunc locum congessimus, tum quia compertum est non suo loco haec a Matthaeo et Marco narrari, tum etiam quia ordo verborum Lucae et Ioannis id postulat.

No. CXCVII

Quando a Pilato titulus scriptus sit, aut cruci impositus, evangelistae non dicunt. Quod autem Lucas de hoc titulo loquatur non eodem in loco, in quo Ioannes, non hoc alteruter rerum gestarum ordinem invertisse putandus est. Ioannes enim narrat, ut Pilatus titulum scripserit, crucique imponi iusserit, Lucas vero, aeque ac Marcus, de titulo loquitur iam cruci adposito, quod apparet ex verbo ἠν *erat*. Iam vero iis, quae praetereunt, ac veluti effluunt statim ac exstiterunt, qualia illa sunt, quae geruntur, aut dicuntur, locum in historia certum temporum ordo assignat, inque eo loco ponere ea debent, qui historiam ita conscribunt, ut hunc ordinem sequuturos se esse profiteantur; at non item iis, quae manent, atque perdurant, qualia sunt, verbi gratia, quae effinguntur, aut scribuntur, ideo haec quocumque in loco inter historiam componendam commemorare quis potest, nec tamen propterea redargui, ut qui propositi minus tenax temporum ordinem inverterit. Atqui de hoc altero genere erat titulus Christi cruci impositus.

No. CXCVIII

Lege N. CXCV.

No. CXCIX

Illud iam adnotavimus (N. CXCVII), ut Lucae integrum esset de crucis titulo mentionem facere quocumque in loco, non enim ordo, cui studet, quidquam detrimenti inde caperet. Mentionem autem de illo iniecit in XXIII, 38 ideo, aut ego fallor, ut indicaret, quaenam militibus occasio fuerit, ea convicia Christo ingerendi, quae proxime in versum 37 retulerat.

Matthaei versum 44 et alterum hemistichium versus 32 Marci, in quibus est de latronibus Christum convitiantibus, posuimus post Lucae versum 38, ut iis connecteremus, quae de latronum altero Lucas statim narrare incipit in versu 39. Lege, quae mox dicemus (N. CC).

---

1) In Io. h. l. 2) Haer. L. I, c. 14 al. 10. § 6.

No. CC

Quae nunc Lucas narrat in XXIII, 39—43, ea nullo modo pugnant cum illis, quae Matthaeus in XXVII, 44 et Marcus in XV, 32 proxime narrarunt. Primum enim illi duo latrones convitia in Christum pariter iactabant, id quod legimus in Matthaeo et in Marco. Mox, quum alter Christo convitiari pergeret, alter resipuit, sociique impietatem corripere coepit, atque hoc est, quod Lucas retulit. Neque huius verba significant alterum dumtaxat, non autem utrumque, Christo fuisse convitiatum, sed, quum alter sic ageret, alterum contra fecisse. Hos Lucae versus posuimus ante Io. XIX, 25, eo quod necesse erat illos continuo subiungere versibus Matth. XXVII, 44, et Marc. XV, 32, quos ad superiorem περικοπὴν pertinere, ad hanc vero versus Io. XIX, 25—27, adeo ut neutris liceat in aliam transferri, ipsi utriusque περικοπῆς tituli manifesto ostendunt.

No. CCI

Ostentorum, quae Christo moriente facta fuerunt, plura Matthaeus refert post descriptam huius mortem, Marcus et Lucas unum commemorant templi velum conscissum, Marcus quidem postea quam illam descripserat, Lucas vero antea. Sunt, qui, ut haec componant, aiunt velum conscindi coepisse, quum Christus animam ageret, statim autem, ac egerat, totum fuisse conscissum. Non equidem iis, qui sic sentiunt, repugnabo; non tamen hac coniectura opus est. Si enim utrumque simul accidit, ut Christus efflaret animam velumque conscinderetur, profecto nequiverunt evangelistae haec duo alio modo describere, quum alterum post alterum, adeo ut, qui prius Christi mortem commemoravit, minime dicendus sit historiae ordinem magis observasse, quam qui postea. Satius autem esse duxi, si Lucae verba huc pertinentia, quum Matthaei, transponerem, ne ea, quae Matthaeus coniunctim enumeravit, separarentur.

No. CCII

Si quaeras, cur Marcus in XV, 40. 41 ordinem invertisse videatur, qui est in Matth. XXVII, 55. 56, facile intelliges ubi animadverteris, ut Marcus aliquid addiderit rebus a Matthaeo narratis. Matthaeus enim eas dumtaxat mulieres commemoravit, *quae secutae erant Iesum a Galilaea*, Marcus has quoque, sed inter alias. Discimus itaque ex Marco non eas solummodo mulieres illic fuisse, quae, quum Christus *esset in Galilaea, sequebantur eum*, et *quae simul cum eo ascenderant Ierosolymam*, sed et alias praeter has, quod ex Lucae etiam XXIII, 27. 28 colligimus. Simul tamen comperies nihil immutatum esse in ipso narrandi ordine observato a Matthaeo, sed omissa, quae hic habet in altero hemistichio versus 55, addita autem, quae ipse Marcus retulit in versum 41.

No. CCV

Haec Matthaei verba Τῇ δὲ ἐπαύριον *Altera autem die, quae est post parasceven* dicta sunt de diebus ea forma, qua hos, non quidem Romani, sed Iudaei habebant, sole occidente inceptos, ut *altera* haec *dies* complecteretur sex postremas horas diei, qui in Romanorum hebdomada sextus est, horasque duodeviginti ex die septimo. Lege Lib. III. Diss. LIII. n. 2. Id vero notare iuvat, ne quis ex Matthaei verbis effici putet, ea, quae hic narrat in hoc loco, gesta esse postridie mane; neque enim veri simile videtur, tamdiu haec dilata fuisse, integroque noctis spatio interposito, sed brevi hora post Christi sepulturam, attamen quum sabbatum sole occidente iam inceperat. Ne vero dubites haec sabbato agi licuisse, lege Lib. III. Diss. L. nn. 51 seqq.; tum, liceretne id, an secus, illud profecto minime licet, ut Matthaei haec sabbato acta fuisse adfirmantis auctoritas in dubium revocetur. Quod si cui credere placeat ea postridie mane fuisse acta, per me licet, opinione sua fruatur; neque enim quidquam inde depromere est, quod nostrae συναλλάξει incommodum accidat.

No. CCVI

Quod relatum est in Matth. XXVIII, 1, accidit *vespere sabbati*, proinde ante solis occasum, qui sabbato finem initiumque primo diei hebdomadae fecit pro Iudaeorum more. Lege Lib. III. Diss. LIII. nn. 2. 9. Ne vero quis sabbati religionem mihi opponat, veluti minime licuisset illis mulieribus ad Christi sepulcrum usque progredi, primo iuvabit meminisse, ut sepulcrum proxime urbis moenia situm esset, longe breviore via, quam sabbato ire licebat [1]), deinde illud advertere, ut Maria Mag-

[1]) Lib. III. Diss. LIII. n. 2.

dalene cum socia potuerint sub ipsum solis occasum, parvoque horae momento ante exitum sabbati, domo egredi, viae vero reliquum, quum sol iam occidisset, hoc est, post sabbatum, conficere. Haec tamen secundum latina exemplaria, in quibus *vespere* redditum est pro ὀψε. Nam adverbio ὀψε ea notio subest, ut ὀψε σαββατων verti possit *multa hora post sabbatum* [1]). Si id magis placet, quum veri simile nemini fiat illas mulieres ivisse ad sepulcrum, quum nox iam instaret, dicendum erit illud ipsum in hoc loco narrari a Matthaeo, quod a Ioanne in XX, 1, qui, etsi unam Mariam Magdalenem nominet, solam tamen non fuisse aperte demonstrat [2]), huno autem Matthaei versum in N. CCVII componere una cum Luc. XXIV, 1 et cum primo hemistichio Io. XX, 1, post haec vero Matth. XXVIII, 2—4 ponere oportebit.

Quod autem legimus in Marc. XVI, 1, constat factum esse vespere, post solis occasum, primoque hebdomadae die Iudaeis iam incepto; id enim efficitur, tum ex eo, quod Marcus ipse tempora distinguat, quo mulieres aromata coemerunt, quoque venerunt ad sepulcrum, et prius quidem indicet verbis διαγενομενου του σαββατου, quae tantumdem valent, ac quum sol occidisset, posterius vero verbis λιαν πρωι, tum ex eo, quod Marcus hoc adnotans, ut *transisset sabbatum*, significare velle videtur mulieres ideo sabbati finem exspectasse, ut id agere possent, quod sabbato haud licebat, coemere videlicet aromata, tum denique quia sic credere suadet earum sollicitudo, ut quamprimum pararent, atque in promptu haberent, quae opus erant, ut mane *venientes ungerent Iesum*. Lege Lib. III. Diss. LIII. nn. 9. 12.

No. CCVII

Si adverbium ὀψε interpreteris altero modo, quem diximus in N. CCVI, hic ponas necesse est Matth. XXVIII, 1—4, Luc. XXIV, 1, partem denique Io. XX, 1, atque digeras, sicut infra.

MATTHAEI XXVIII	LUCAE XXIV	IOANNIS XX
1 Multa autem hora post sabbatum, illucescente		
una sabbati,	1 Una autem sabbati	1 Una autem sabbati
venit Maria Magdalene et altera Maria		Maria Magdalene venit
	valde diluculo venerunt	mane, cum adhuc tenebrae essent,
	ad monumentum	ad monumentum.
videre sepulcrum	portantes, quae paraverant, aromata:	
2 Et ecce terrae motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de caelo: et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum: 3 Erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vestimentum eius sicut nix. 4 Prae timore autem eius exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui.		

De Matthaei ἰδου *ecce*, lege, quae dicemus in Lib. III. Diss. LIII. nn. 9. 11.

No. CCVIII

Lege Lib. III. Diss. LIII, in qua enarravimus omnes hos itus reditusque adeuntium ad Christi sepulcrum matutinis horis illius diei, quo is revixerat, in hoc et in insequentibus NN. CCIX. CCX

[1]) Ib. n. 19. [2]) Ib. n. 3.

descriptus. Si primum Lucae versum primumque Ioannis hemistichium ponere placeat in N. CCVII, in hoc initium fiet a secundo Lucae versu et a Ioannis verbis *et vidit lapidem sublatum.*

No. CCIX

Marcus scribens, ut Christus, ἀναστὰς *quum resurrexisset mane*, apparuerit PRIMO *Mariae Magdalene*, simul certiores nos fecit, non in loco descripta ab ipso esse ea, quae sunt in Marc. XVI, 9—11; iam enim de aliis mulieribus loquutus est [1]), quae sepulcrum viserant, indeque redierant, et quibus redeuntibus Christum se videndum exhibuisse legimus apud Matthaeum [2]). De adverbio πρωΐ *mane* dicemus in Lib. III. Diss. LIII. un. 9. 11. In versu hoc 9 Marcus perstrinxit, quae Ioannes fuse exposuit in XX, 11—17, ut idem hic versus 9 haberi possit veluti titulus narrationis a Ioanne conscriptae.

Quod dicatur in Marc. XVI, 11, Mariae Magdalenae nuntio fidem non fuisse habitam, non ideo est dubitandum nuntium ab ipsa allatum esse postea, quam Petrus et Ioannes a sepulcro redierant. Etenim primo id necessario consequitur ex Ioannis narratione. Deinde, etsi Ioannes dicat, se, ut in sepulcrum *introivit*, ... *et vidit*, credidisse [3]), non tamen hoc idem dicit de Petro, quem, etiam postquam sepulcrum viserat ac perlustraverat [4]), nondum plene credidisse, coniicere est ex his, quae de ipso Lucas scripsit: *Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, et procumbens vidit linteamina sola posita, et abiit,* SECUM MIRANS, *quod factum fuerat* [5]). Tum Marcus neminem nominat, neque ait omnes Magdalenae nuntio fidem abnuisse, neque omnibus nuntium ab ea allatum esse.

No. CCX

Cur huc transtulerimus Marc. XVI, 2—8, superius diximus in N. CCIX. Quomodo intelligi debeant Marci verba *et nemini quidquam dixerunt*, leges in Lib. III. Diss. LIII. n. 10.

No. CCXI

Ex Io. XX, 1 seqq. compertum habemus Christum e sepulcro surrexisse ante lucem, mulieres vero, de quibus Matthaeus in XXVIII, 5—10 et Marcus in XVI, 2—8 loquuntur, venerunt ad sepulcrum *orto iam sole* [6]). Qui igitur fieri potuit, ut tunc demum, quum hae inde revertebantur, non autem multo antea, statimque, ac ea acciderant, quae Matthaeus dicit in XXVIII, 2—4, *quidam de custodibus* venerint *in civitatem, et nuntiaverint principibus sacerdotum omnia, quae facta fuerant?* Si id extricare velis argumento deprompto ex illis Matthaei verbis *et facti sunt velut mortui* [7]), positum habeas necesse est, milites ita, ut erant, prope exanimatos iacuisse ad sepulcrum, quum illuc mulieres, imo quum Petrus et Ioannes, advenere; sed, amabo, quis id credat? Itaque huius nodi solutio in graecis exemplaribus quaerenda est, in quibus pro *venerunt* est ἐλθόντες, quod verti etiam potest *quum venissent;* scilicet venerunt statim, ac ab illa quasi exanimatione se receperant, rem tamen non continuo aperuerunt, forte timore prohibiti, sive alia quavis de caussa, sed tunc demum, quum illae mulieres omnes sepulcrum iam viserant. Id autem non sine peculiari numine factum videtur, ne pontifices, nuntio accepto, ad sepulcrum, ut militum dicto fides fieret, vel ipsi irent, vel alios mitterent per eam horam, qua mulieres illuc aliae post alias adveniebant.

No. CCXII

Marci versum 12 summam exhibet ac veluti titulum longioris narrationis in Luc. XXIV, 13—32 conscriptae. Difficultas, quae cuique fortasse est a Lucae versu 29, infra removebitur (N. CCXIII). Quum leges Lucae versum 33, fac, memineris eorum, quae adnotata sunt in Lib. III. Diss. LIII. n. 18.

No. CCXIII

Eadem habent Ioannes in XX, 19 et Lucas in XXIV, 36, gesta autem ea sunt, sicut in Ioanne legimus, *cum .... sero esset die illo,* UNA *sabbatorum*, videlicet illo ipso die, quo Christus mane revixerat, qui dies hebdomadae primus erat, sicut autem in Luca, quum adhuc loquerentur illi duo

---

[1]) Marc. XVI, 2—8. [2]) Matth. XXVIII, 9. 10. [3]) Io. XX, 8. [4]) Ib. 6. 7. [5]) Luc. XX, 12. [6]) Marc. XVI, 2. [7]) Matth. XXVIII, 4.

Christi discipuli, qui eo die una cum ipso Christo Emmausi coenaverant [1]). Coenatum fuerat haud multo ante, quum advesperasceret, *et inclinata* esset *iam dies* [2]). Emmaus Hierosolyma distabat *spatio stadiorum sexaginta* [3]), quae sunt millia amplius septem; qui ergo fieri potuit, ut illi duo, coena facta redeuntes, Hierosolymam pervenirent, quum primus adhuc esset hebdomadae dies, cui sole occidente dies secundus, pro more Iudaeorum, successurus erat? Non dubito fore aliquos, qui ita respondeant, et quibus minime equidem abnuam. Vespero initium erat hora nona. Nemo suspicabitur illam coenam diu esse protractam. Continuo αὐτῇ τῇ ὥρᾳ illi duo Emmauso Hierosolymam discessere, quos insuper accelerasse iure putemus. Quid ni igitur duabus horis et dimiata illud spatium emensi sint? Si cui tamen haec verba, quibus illi Christum secum manere coegerunt, *quoniam advesperascit, et inclinata est iam dies*, seriorem horam significare videntur, quam ut quis Emmauso profectus Hierosolymam ante solis occasum pervenire posset, is animadvertat, ut Ioannes non uno argumento [4]) credatur diebus initium fecisse, non occasu solis, sed, quale Romani diebus suis civilibus faciebant, medio noctis insequentis; quare, etiamsi illi Hierosolymam pervenissent post solis occasum, tamen quum adhuc, pro eo ac Ioannes dies numerabat, primus hebdomadae dies foret.

No. CCXIV

Si verba μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ *post dies octo*, quae sunt in Io. XX, 26, eodem modo interpretanda sunt, ac illa πρὸ ἓξ ἡμερῶν *ante sex dies*, quae in Io. XII, 1 (N. CXXXI), dicendum erit, quae in hoc loco narrantur, ea accidisse die primo illius hebdomadae, quae tertia erat ab hebdomada qua Christus mortuus fuerat, alteraque ab illa, qua revixerat.

No. CCXV

Ex Ioannis evangelio colligimus octo saltem diebus apostolos Hierosolymae mansisisse, postquam Christus revixerat [5]). Eorum igitur iter in Galilaeam in alteram hebdomadam post Christi ἀνάστασιν dilatum fuit, neque coeptum ante alteram huius hebdomadae diem.

No. CCXVI

Ioannes, postquam descripsit, ut Iesus apparuerit illis septem discipulis, quos enumerat in versu 2, eaque exposuit quae tunc evenerunt, ita concludit: *Hoc iam* TERTIO *manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis*; ex quo haec duo consequuntur. Primum, graecam vocem πάλιν, quae latine *iterum* versa est in versu 1, non idem valere ac *secundo*, sed *denuo, rursus*, ut saepe alias in evangeliis; tum Ioannes in proximo superiore capite narraverat, ut Christus redivivus discipulis una congregatis apparuerit *primo* illa ipsa die, qua revixit [6]), *secundo* octo post diebus [7]). Alterum, quum haec in Galilaea ad Tiberiadis lacum facta sint, hanc Ioannis περικοπὴν inserendam esse Matthaei versui 16 capitis XXVIII, in quo versu apostolorum iter in Galilaeam commemoratur atque adscensus in montem, ubi Iesus *quarto* eis comparuit, quarto, inquam, ut, ex iis, quae modo diximus, efficitur.

Quid de postremo hoc capite XXI Ioannis sentire oporteat, et quorsum is hanc quasi laciniam addiderit evangelio suo, quod duobus postremis versibus superioris capitis concludi atque absolvi videtur, in alio loco disputavimus [8]).

No. CCXVII

Apostolorum legatio, de qua est tum in Matth. XXVIII, 18—20, tum in Marc. XVI, 15—18, nequit profecto nisi una esse, non tamen una atque eadem sunt, neque uno atque eodem die prolata ea Christi verba, quae in his duobus evangeliorum capitibus leguntur. Matthaeus enim dicit apostolos ea legatione fungi iussos a Christo, quum essent in Galilaea [9]), Marcus vero narrat Christum *recumbentibus illis undecim* apparuisse [10]), idque ὕστερον *novissime*, hoc est, postremo, et, *postquam locutus est eis*, idem illud eos iubens, ad caelum adscendisse, quod in Oliveto prope Hierosolymam iactum esse, nemo ignorat [11]). Sunt qui, quum contendant ab utroque evangelista eadem narrari,

---

1) Luc. XXIV, 13—35. 2) Ib. 29. 3) Ib. 13. 4) Lib. III. Diss. XLIX. n. 4; Diss. L. n. 23. 5) Io. XX, 19. 26. Lege N. CCXIV. 6) Io. XX, 19. 7) Ib. 26. 8) Lib. I. c. IV, q. V. nn. 37 seqq. 9) Matth. XXVIII, 16. N. CCXVI. 10) Conf. Act. I, 4. 11) Luc. XXIV, 50—52; Act. I, 9—12.

aiunt nomine Galilaeae, quo apostoli post Christi *ἀνάστασιν* iussi sunt ire [1]), et ubi sese redivivum ipsis conspiciendum exhibere Christus fuerat pollicitus [2]), non regionem signari Tiberiadis lacui adiacentem, sed Oliveti latus aquilonare, cui hoc nomen fiebat, hodieque fieri dicitur, qua de re fuse disputavit Carolus Thilo [3]). Si cui haec probantur, licet, aliter, ac fecimus, digerat postremam hanc historiae partem, quaeque in NN. CCXVI et CCXVII posuimus, transferat in N. CCXVIII. Mihi tamen, ut id opus non esse videtur, ita minime fit veri simile nomen Galilaeam, quod in toto evangelio ad illam dumtaxat regionem nominandam Matthaeus semper usurpavit, ab ipso in pagina hac postrema factum esse Oliveto, quem tamen montem semper alias Olivetum vocaverat. Quin imo ipsa verba *ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν εἰς τὸ ὄρος* ***abierunt in Galilaeam, in montem***, quae sunt in Matth. XXVIII, 16, satis significant, non Galilaeam hanc in monte, sed montem in Galilaea situm esse, non ergo de montis latere, sed de regionis monte mentionem esse putandum est.

No. CCXVIII

Quae legimus in Lucae XXIV, 44, facile quis putet ea tunc a Christo dicta esse, quum is, sicut proxime ab ipso Luca narratum est, apostolis apparuit vespero illius diei, quo ad vitam redierat. Ad hoc cum versu 44 coniungere versum 45 nos tantum non cogit ipsa utriusque versus materies. Ast in versu 46 Iesus ita quidem dicere pergit, ut non sit dubium orationem ab eo continuari inceptam versu 44, quae tamen absolvitur in versu 49 iis iussibus, quos constat dari haud potuisse, nisi postea, quam apostoli reversi fuerant e Galilaea, quo post Christi *ἀνάστασιν* iussi ab eo iverant (N. CCXVII), quid enim sonant illa: ***Vos autem*** SEDETE ***in civitate quoadusque induamini virtute ex alto?*** imo datos esse, quum essent in ipsa urbe Hierosolyma, manifesto apparet, tum ex collatione versuum 49. 50, et insequentium, tum Lucae ipsius testimonio satis luculento, quod est in Actis apostolorum [4]). Quare versum 44 vel a prioribus seiungere oportet, vel ab insequente versu 45, aut utrumque a posterioribus, omnia enim, quae sunt in Lucae capite XXIV duas in partes dividamus necesse est, in quarum prima quae sunt, eo die evenerunt, quo Christus resurrexit, quae vero in altera, eo, quo ad caelum adscendit. Quominus versum utrumque 44 et 45 a posterioribus separemus, primaeque illarum duarum partium adiungamus, illud obstat, quod Iesus aperuisse ***illis sensum, ut intelligerent scripturas*** non videtur, nisi post eorum reditum a Galilaea; per illos enim dies, dum in ea fuerunt, eorum ***quidam dubitaverunt*** [5]), quod suspicari non licet de iis, quibus Christus ***aperuit . . . . sensum, ut intelligerent scripturas.*** Sed et versus 44 et 45 alterum ab altero seiungere, vetat, ut diximus, ipsa materies, qua inter se arctissime veluti cohaerent. Ad haec igitur quum Lucas eodem modo exorsus sit versum 44, quo 46, nec maior vis insit versus 44 exordio, quominus hic versus a versu 43, quam exordio versus 46, quominus hic a 45 avellatur, manifesta consequatione conficitur, illorum trium, quae proposita sunt, primum esse praeferendum, atque a versu 43 versum 44 esse separandum, ut in hoc altera capitis XXIV pars initium habeat. Quin imo id liquido evincit illa particula *οὕτω* ***sic***, quae est in versu 46, nec alio spectare potest, quam ad ea, quae prius Christus dixerat in versu 44, et quibus sane bene respondet. E contrario illud ***haec*** versus 44 necesse non est referre ad illa, quae antea sunt, sed ad illa, quae in hoc ipso versu continuo sequuntur, ***quoniam necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et psalmis, de me.*** Quin imo, si illud ***haec*** ad priora refferretur, minime appareret nexus verborum ***quoniam necesse est, et ceterorum***, quae sunt in altero hemistichio, atque eorum, quae in primo hemistichio dicta sunt; sin autem ad ea, quae sunt in hemistichio insequente, referatur, statim ille nexus perspicitur, quum particula ***quoniam*** reddita pro graeco *ὅτι* in hoc loco, ut saepe alias, resolvat, sicut grammatici loquantur, modum infinitum, verbaque ***quoniam necesse est*** idem valeant ac verba ***necesse esse, quo posito liquet hunc esse huius versus sensum: Haec erant, quae vobis dicebam: Necesse esse impleri omnia et cetera.***

No. CCXIX

In ipso huius *μονοτεσσάρου* exitu locum esse Ioannis versibus 30 et 31 capitis XX, aeque ac versui 25 capitis XXI, utrorumque materies demonstrat; sunt enim quaedam evangelii clausula, quam cur Ioannes bis adhibuerit, in alio loco dictum est. Lege N. CCXVI.

---

[1]) Matth. XXVIII, 7; Marc. XVI, 7. Conf. Matth. ib. 16. [2]) Matth. XXVI, 32; Marc. XIV, 28. [3]) Cod. apocryph. N. T. ad Evangelium Nicodemi c. 14. [4]) Act. I, 4 coll. 3 et 9. [5]) Matth. XXVIII, 17.

ORDO EVANGELIORUM

ad evangelii δια τεσσαρων capita revocatus.

	MATTHAEUS	No.
I	1—18	II
	18—25	V
II	1—23	VII
III	1— 6	X
	7—10	XI
	11—12	XII
	13—17	XIII
IV	1	XV
	2—11	XVII
	12	XXII. XXIV
	13—16	XXVII
	17—22	XXVIII
	23	XXXII
	24—25	XXXIV
V	1—48	XXXV
VI	1—34	"
VII	1—29	"
VIII	1— 4	XXXVI
	5—13	XLVI
	14—17	XXX
	18—20	LXI
	21—22	XCIII
	23—27	LXI
	28—34	LXII
IX	1	LXIII. XXXVIII
	2—13	XXXIX
	14—17	LXIV
	18—26	LXV
	27—34	LXVI
	35—38	LXVIII
X	1—42	LXIX
XI	1	LXXI
	2—19	XLIX
	20—24	XCV
	25—30	CI
XII	1— 8	XLI
	9—14	XLII
	15—21	XLIII
	22—45	CIV
	46—50	CV
XIII	1— 9	LIV
	10—23	LVI
	24—35	LV
	36	LVI
	36—52	LVII
	53	LIX
	54—58	LXVII
XIV	1— 2	LXXII
	3—12	LI
	12—21	LXXIII
	22—33	LXXIV
	34—35	LXXV
	36	LXXVII
XV	1—31	LXXVIII
	32—39	LXXX
XVI	1—12	LXXXI
	13—28	LXXXIII
XVII	1— 9	LXXXIV
	10—13	LXXXV
	14—23	LXXXVI
	24—27	LXXXVII
XVIII	1— 5	LXXXVIII
	6— 9	LXXXIX
	10—35	XC
XIX	1	XCI
	1—12	XCVI
	13—30	CXXI
XX	1—16	CXXII
	17—19	CXXIII
	20—28	CXXIV
	29	CXXVIII
	30—34	CXXIX
XXI	1— 9	CXXXII
	10—11	CXXXIII
	12—13	CXXXVI
	14—16	CXXXIII
	17—19	CXXXV
	20—22	CXXXVII
	23—27	CXXXVIII
	28—32	CXXXIX
	33—46	CXL
XXII	1—14	CXLI
	15—33	CXLII
	34—40	CXLIII
	41—46	CXLIV
	46	CXLIII
XXIII	1—22	CXLV
	23—36	CVI
	37—39	CXV
XXIV	1— 2	CXLVII
	3	CXLVIII
	4—14	CXLIX
	15—22	CL
	23—41	CLI
	42	CLII
	43—51	CVIII
XXV	1—46	CLIII
XXVI	1— 5	CLV
	6—13	CXXXI
	14—21	CLVI

		No.
	21—25	CLVII
	26—28	CLVIII
	29	CLVI
	30	CLXVI. CLXX
	31—35	CLXXI
	36	CLXXII
	37—46	CLXXIII
	47—50	CLXXIV
	50—56	CLXXVI
	57—58	CLXXVII
	59—66	CLXXXI
	67—68	CLXXXIII
	69—70	CLXXVIII
	71—72	CLXXX
	73—75	CLXXXII
XXVII	1	CLXXXIV
	2	CLXXXV
	3—10	CLXXXVI
	11—14	CLXXXVII
	15—21	CLXXXIX
	22—23	CXC
	23—26	CXCIII
	27—30	CXCI
	31—32	CXCIV
	33	CXCV. CXCIV
	34	CXCV
	35—36	CXCVIII
	37	CXCVII
	38	CXCVI
	39—44	CXCIX
	45—49	CC
	50—53	CCI
	54—56	CCII
	57—61	CCIV
	62—66	CCV
XXVIII	1— 4	CCVII
	5—10	CCX
	11—15	CCXI
	16	CCXV
	16—20	CCXVII

Marcus

		No.
I	1— 6	X
	7— 8	XII
	9—11	XIII
	12	XV
	13	XVII
	14	XXII. XXIV
	14—20	XXVIII
	21—28	XXIX
	29—34	XXX
	35—38	XXXI
	39	XXXII
	40—45	XXXVI
	45	XXXVII
II	1	XXXVIII
	1—17	XXXIX
	18—22	XL
	23—28	XLI
III	1— 6	XLII
	7—12	XLIII
	13—19	XLIV
	20—21	XLVII
	22—30	CIV
	31—35	CV
IV	1— 9	LIV
	10—20	LVI
	21—25	LVIII
	26—34	LV
	35—41	LXI
V	1—20	LXII
	21	LXIII
	22—43	LXV
VI	1— 6	LXVII
	6	LXVIII
	7—11	LXIX
	12—13	LXX
	14—16	LXXII
	17—29	LI
	30—44	LXXIII
	45—52	LXXIV
	53—55	LXXV
	56	LXXVII
VII	1—31	LXXVIII
	32—37	LXXIX
VIII	1—10	LXXX
	11—21	LXXXI
	22—26	LXXXII
	27—38	LXXXIII
IX	1	
	2—10	LXXXIV
	11—13	LXXXV
	14—32	LXXXVI
	33	LXXXVII
	33—41	LXXXVIII
	42—50	LXXXIX
X	1	XCI
	1—12	XCVI
	13—31	CXXI
	32—34	CXXIII
	35—45	CXXIV
	46	CXXVI. CXXVIII
	46—52	CXXIX
XI	1—10	CXXXII
	11	CXXXIII
	11—14	CXXXV
	15—18	CXXXVI
	19—26	CXXXVII
	27—33	CXXXVIII
XII	1—12	CXL
	13—27	CXLII
	28—34	CXLIII
	35—37	CXLIV
	38—40	CXLV
	41—44	CXLVI
XIII	1— 2	CXLVII
	3— 4	CXLVIII
	5—13	CXLIX
	14—20	CL
	21—32	CLI
	33—37	CLII
XIV	1— 2	CLV
	3— 9	CXXXI
	10—18	CLVI
	18—21	CLVII
	22—24	CLVIII
	25	CLVI
	26	CLXVI.CLXX
	27—31	CLXXI
	32	CLXXII
	33—42	CLXXIII
	43—45	CLXXIV
	46—52	CLXXVI
	53—54	CLXXVII

		No.
	55—64	CLXXXI
	65	CLXXXIII
	66—68	CLXXVIII
	68—70	CLXXX
	70—72	CLXXXII
XV	1	CLXXXIV.CLXXXV
	2— 5	CLXXXVII
	6—11	CLXXXIX
	12—14	CXC
	14—15	CXCIII
	16—19	CXCI
	20—22	CXCIV
	23	CXCV
	24	CXCVIII
	25	CXCV
	26	CXCVII
	27—28	CXCVI
	29—32	CXCIX
	33—36	CC
	37—38	CCI
	39—41	CCII
	42—47	CCIV
XVI	1	CCVI
	2— 8	CCX
	9—11	CCIX
	12—13	CCXII
	14—20	CCXVIII

Lucas.

		No.
I	1— 4	I
	5—25	II
	26—38	III
	39—79	IV
	80	VIII
II	1—39	VI
	40	VIII
	41—52	IX
III	1— 6	X
	7—14	XI
	15—17	XII
	18	XI
	19—20	XXI
	21—38	XIII
IV	1	XV
	2—13	XVII
	14	XXIV
	15—29	XXVI
	30—31	XXVII
	31—37	XXIX
	38—41	XXX
	42—43	XXXI
	44	XXXII
V	1—11	XXXIII
	12—16	XXXVI
	17—32	XXXIX
	33—39	XL
VI	1— 5	XLI
	6—11	XLII
	12—16	XLIV
	17—49	XLV
VII	1—10	XLVI
	11—17	XLVIII
	18—35	XLIX
	36—50	L
VIII	1— 3	LII
	4— 8	LIV
	9—15	LVI
	16—18	LVIII
	19—21	LX
	22—25	LXI
	26—39	LXII
	40	LXIII
	41—56	LXV
IX	1— 5	LXIX
	6	LXX
	7— 9	LXXII
	10—17	LXXIII
	18—27	LXXXIII
	28—36	LXXXIV
	37—45	LXXXVI
	46—50	LXXXVIII
	51	XCI
	52—56	XCII
	57—62	XCIII
X	1—12	XCIV
	13—16	XCV
	17—24	CI
	25—42	CII
XI	1—13	CIII
	14—36	CIV
	37—54	CVI
XII	1—34	CVII
	35—48	CVIII
	49—59	CIX
XIII	1—21	CX
	22	CXI
	23—30	CXIV
	31—35	CXV
XIV	1—35	CXVI
XV	1—32	CXVII
XVI	1—31	CXVIII
XVII	1—37	CXIX
XVIII	1—14	CXX
	15—30	CXXI
	31—34	CXXXIII
	35—43	CXXV
XIX	1	CXXVI
	2—27	CXXVII
	28	CXXVIII
	29—44	CXXXII
	45—48	CXXXVI
XX	1— 8	CXXXVIII
	9—19	CXL
	20—40	CXLII
	41—44	CXLIV
	45—47	CXLV
XXI	1— 4	CXLVI
	5— 6	CXLVII
	7	CXLVIII
	8—19	CXLIX
	20—24	CL
	25—33	CLI
	34—36	CLII
	37—38	CLIV
XXII	1— 2	CLV
	3—18	CLVI
	19—20	CLVIII
	21—23	CLIX
	24—30	CLXI
	31—34	CLXIII
	35—38	CLXIV
	39	CLXVI.CLXX
	40—46	CLXXIII
	47—48	CLXXIV

		No.
	49—54	CLXXVI
	54—55	CLXXVII
	56—57	CLXXVIII
	58	CLXXX
	59—62	CLXXXII
	63—65	CLXXXIII
	66—71	CLXXXIV
XXIII	1	CLXXXV
	2—4	CLXXXVII
	5—16	CLXXXVIII
	17—19	CLXXXIX
	20—22	CXC
	23—25	CXCIII
	26—32	CXCIV
	31	CXCV.CXCIV
	33—34	CXCVI
	34	CXCVIII
	35—38	CXCIX
	39—45	CC
	45—46	CCI
	47—49	CCII
	50—55	CCIV
	56	CCV
XXIV	1	CCVII
	2—12	CCVIII
	13—35	CCXII
	36—43	CCXIII
	44—53	CCXVIII

Ioannes

		No.
I	1—18	III
	19—28	XVI
	29—51	XVIII
II	1—25	XIX
III	1—36	XX
IV	1—3	XXII
	4—42	XXIII
	43—45	XXIV
	46—54	XXV
V	1—47	LIII
VI	1—13	LXXIII
	14—21	LXXIV
	22—71	LXXVI
VII	1	LXXVII
	2—10	XCI
	11—53	XCVII
VIII	1—59	XCVIII
IX	1—41	XCIX
X	1—21	C
	22—42	CXII
XI	1—54	CXIII
	55—56	CXXX
XII	1—11	CXXXI
	12—19	CXXXII
	20—50	CXXXIV
XIII	1	CLVIII
	2—11	CLX
	12—35	CLXII
	36—38	CLXIII
XIV	1—31	CLXV
XV	1—27	CLXVII
XVI	1—33	CLXVIII
XVII	1—26	CLXIX
XVIII	1	CLXX. CLXXII
	2—3	CLXXIV
	4—9	CLXXV
	10—12	CLXXVI
	13—16	CLXXVII
	17—18	CLXXVIII
	19—23	CLXXIX
	24—25	CLXXX
	26—27	CLXXXII
	28	CLXXXV
	28—38	CLXXXVII
	39—40	CLXXXIX
XIX	1—3	CXCI
	4—11	CXCII
	12—16	CXCIII
	16—17	CXCIV
	18	CXCV. CXCVI
	19—22	CXCVII
	23—24	CXCVIII
	25—30	CC
	30	CCI
	31—37	CCIII
	38—42	CCIV
XX	1	CCVII
	1—10	CCVIII
	11—18	CCIX
	19—23	CCXIII
	24—29	CCXIV
	30—31	CCXIX
XXI	1—24	CCXVI
	25	CCXIX

LIBRI SECUNDI EMENDATIONES.

Ne typothetarum erroribus colligendis complures paginas impleamus, monitos lectores volumus, praeter crassiora quaedam σφαλματα, saepe voces non recte dissectas fuisse in fine linearum, minores literas pro maioribus adhibitas, sententias perperam interpunctas, spiritus graecarum vocalium alterum pro altero adscriptos, literam ε pro η male positam praesertim in augmento temporali verbi ἐλθειν, omissas ἀποστροφας; quae omnia praeterivimus, nisi ubi sententiarum perspicuitati haec officiebant.

IN EVANGELIIS GRAECIS.

Pag.	Lin.	Col.	
12	6	1	Ἰωσηφ
22	5	1	αὐτου
30	9	1	αὐτον
„	17	2	αὐτον
34	24	1	γυναικος
38	10	2	εἰς
44	38	2	ἠφιε
52	30	1	καταπατησωσιν
54	27	1. 2	τῳ
56	26	2	στεγην
58	44	3	αὐτῳ
78	20	1	προφητην
80	36	2	βλεπῃ
84	5	3	αὐτου
88	25	2	βλεπωσι
90	10	2	οὐτοι
92	18	2	συντελειᾳ
104	12	3	οἰκον
108	16	1	DELE 24
„	19	„	24 Ἀναχωρειτε
„	45	„	κορασιον
114	15	1	πηραν
116	49	1	ἀποκτεινοντων
122	10	2	34 . . .
„	37	„	φαγειν
„	39	1	Ποθεν
124	5	4	ἐν
126	13	1. 2	[παντες]
„	27	4	DELE PRIMUM των
128	52	2	29 Ὁ δε εἰπεν· Ἐλθε. Και
„	54	1	DELE
130	34		LXXVI
132	29	2	Καθως
„	38	1	DELE πατρος μου
136	1	2	αὐτοις· . . .
„	25	1	προεφητευσε
„	51	2	βοθυνον
138	4	1	Ἀποκριθεις δε
„	45	2	ἠδυνηθη
140	41	1	μεταβας ἐκειθεν ὁ Ἰησους ἠλθε
142	30	1	ἐρημιᾳ
144	6	1	DELE
„	8	„	ἀνδρες, χωρις
148	37	1	του ζωντος
152	7	3	SCRIBE αὐτου, και
„	39	1. 2	ἀναφερει
154	41	3	δε ἐν τῳ
„	48	2	DELE
158	33	3	39
160	18	2	Πιστευω, κυριε·
164	12	2	διελεχθησαν
166	31	2	ἀποκοψον
168	43	2	αὐτῳ
170	45	2	φωλεους
172	24	1	θερισμος
176	32	2	χωρειτω. (CXXI)
„	45	„	ζητει
180	2	1	ἀναμαρτητος
„	54	2	ἀληθεια
186	21	2	ἀδικησει
188	12	2	δοκει σοι πλησιον
„	15	„	Εἰπε
„	46	1	ἡ βασιλεια σου
190	3	2	δε ἐξ ὑμων
„	39	3	DELE τῳ
192	12	3	δε και ὁ

Pag.	Lin.	Col.	
194	28	1, 2	ἐλθον
„	30	1	κεκοσμημενον
198	11	2	θελημα
„	23	1	ἐλαλησε . . ., λεγων·
200	23	1. 2	Οὐαι
„	27	2	ἀπεκτειναν
202	37	1	ἀποκτεινοντων
204	27	1	ἀνθρωποις
206	25	2	ᾧ
208	18	2	Ταυτην
210	42	2	ἡμιν
216	3	2	αὐτου
„	23	1	ἀνταποδουναι
„	35	2	χιλιαδων
222	14	1	αὐτῳ
„	34	2	ὁ εἱς
224	47	2	ηὐλογει
226	6	1	εἰπεν
„	18	„	θελεις
232	25	2	και τοις
236	7	2	ὁ Ναζωραιος
238	39	2	Ἱεροσολυμα
242	7	3	ἠγειρεν
248	17	2	14 . . . καθως
258	24	2	DELE
„	49	„	εἰπωμεν
268	21	3	24 Ἐπιδειξατε
274	8	2	αὐτη
„	13	„	αὐτη
„	19	„	ἰδων
276	4	2	κυριῳ
„	45	1	[την
278	41	2	αὐτων
280	25	1	ὁ Ἰησους
„	47	2	οὐ
282	48	3	γενεσθαι πρωτον,

Pag.	Lin.	Col.	
288	25	1	ἑως
„	26	3	πληρωθηναι
„	29	„	αἰχμαλωτισθησονται
290	47	1	ἐπισυναξουσι
„	50	3	γινεσθαι
298	48	2	ἐθνων, . . .
300	1	2	12 . . . — οἱ
„	26	„	DELE μου
302	16	2	DELE μεθ' ὑμων
304	24	1	διαθηκης
308	29	2	ἀλεκτωρ
310	33	1	ἐν ἐμοι ἐστι·
314	31	2	πιστευετε ;
„	32	1	λεγει
316	20	1	αὐτοις
318	34	1. 2	Γεθσημανη
320	28	1	παρελθετω
322	2	2	οἱ ὀφθαλμοι αὐτων
324	19	1	αὐτον
„	30	„	Εἱστηκει
326	33	3	παραγενομενους
328	44	3	ἠκολουθει
332	38	3	εἰ; . . .
334	4	4	. . . — ἐκεινος
338	9	2	ἐφωνησε . . . .
348	3	2	ἀνεσεισαν
„	11	3	XXIII
360	47	1	συσταυρωθεντες αὐτῳ
364	38	3	RESCRIBE ἑκατονταρχος
„	43	2	οὑτω
370	27	4	(CCVII)
„	40	2	Ἡ δε
372	7	2	Ὑποστρεψασαι
382	2	1	Ἰησου του
„	16	„	ζῆν
388	39	2	θεον. Ἀμην.

IN EVANGELIIS LATINIS.

Pag.	Lin.	Col.	
27	37	3	diabolo. . . .
43	48	2	de synagoga,
123	10	1	14 . . .
„	„	2	34 . . .
„	32	„	locus],
„	33	„	DELE SIGNUM]
133	9	1	ille
149	32	3	DELE 16
159	40	1	obtuli eum
165	42	2	recipit
173	40	2	factae fuissent
175	36	1	ille

Pag.	Lin.	Col.	
179	2	2	sitit
„	26	1	dicebant
181	38	1	gazophylacio
183	14	2	vidisti?
„	25	„	abii, lavi
„	38	„	schisma
187	23	2	LUCAE X
189	2	1	dicit
„	17	„	illi
191	31	2	descenderant
193	18	2	poterit
199	20	1	est . . ., 2 Dicens: . . .

Pag.	Lin.	Col.	
205	18	2	caelis: quo
„	47	„	supra
207	36	1	DELE PUNCTUM
„	39	2	et exactor
209	18	1	omnes
„	44	„	Ierosolymis
211	1	2	eis
„	39	„	Didymus
217	28	1	At
219	12	1	everrit
225	9	1	die ac nocte
227	27	3	DELE tuam ET RELIQUA
„	28	„	DELE
229	1	2	abiit moerens
„	45	1	et secuti
243	47	2	dari
247	3	3	RESCRIBE Dicens
249	29	2	16
253	42	2	loquor. (CLVIII)
257	5	2. 3	DELE (CXXXIII)
269	34	3	Reddite ergo
271	7	3	accipiat
„	14	„	accepit

Pag.	Lin.	Col.	
275	43	3	David,
„	45	1	Dominum,
281	36	3	SCRIBE dixit:
297	27	2	aeternam. (CLV)
307	33	2	quo
309	40	1	tollat similiter
311	14	1	possumus
313	24	2	DELE mea
319	19	1	illi —:
323	33	1	cum
325	2	1	et fustibus
„	18	„	illi
„	32	2	DELE (CLXXVI)
331	49	2	At
333	36	3	es? . . .
335	3	4	. . . — ille
„	21	2	et convenientia
343	33	2	[interrogavit eum]:
353	25	4	crucifige eum
359	31	3	. . . Dividentes vero
373	12	2	(CCVIII)
„	17	„	DELE (CCVII)

IN ADNOTATIONIBUS.

Pag.	Num.	Lin.	
392	VIII	6	congruentius
394	XIX	3	*nuptiae factae . . . in Cana Galilaeae*
395	XXVIII	8	aliam exorditur narrationem, quae illa ipsa est, cui Lucas initium facit in eodem illo versu voce *ibique*.
398	XXXVIII	6	posita
406	LXV	11	notavimus (N. XL). Porro
409	LXXIV	2	loquantur
„	„	5	XIV, 32
411	LXXXVII	6	quamque ipsum
414	CIV	15	*ἐπαθροιζομένων*
415	CVIII	2	a Christo
416	CX	8	XIII, 53
„	CXIV	3	ex urbe Hierosolyma
418	CXXIX	12	strictim
421	CXXXVII	8	aliquos
425	CLVII	29	dubitandi caussa est repetenda,

Pag.	Num.	Lin.	
425	CLIX	3	*αὐτῶν edentibus illis,*
426	CLX	13	evicimus
„	„	14	is narrat
„	„	32	nullo pacto
428	CLXXI	5	XIV, 26,
429	CLXXVII	5	*pontificem*
431	CLXXX	4	responderit (N.CLXXVIII), concludamus
432	CLXXXII	11	evangelistae
„	CLXXXVII	11	praetorium acta fuerunt
434	CXCV	15	*F*
435	„	10	*προσηλωθῇ*
„	CXCVI	2	post Christum alter,
„	CXCVII	9	ideoque
439	CCXIII	2	ante quam
„	CCXVII	7	factum esse
440	CCXVIII	32	quo posito liquet hunc esse huius versus sensum:

IN NOTIS.

Pag.	Not.	
406	4)	DELE
409	6)	*Reland.*

Pag.	Not.	
410	3)	L. XVIII. c. 2
431	1)	DELE